CREPUSCULUM. Ab Ar. gharab, occidit ſol. In illius derivatis reperiuntur ſequentes notiones, Sc. occidens, occidua pars, veſperæ, obſcuritas, &c. V. Caſt. p. 2888. Hinc creperus et crepuſculum.

C R I

CRIBARE. V. *Crivellare* It.

CRIBRUM. Ab Ar. gharbel, Perſ. gharbil. V. *Crivellare* Ital.

CRIMEN. Poſſet ſane hæc. v. derivari ab Ar. harm, delictum. V. Caſt. p. 1404. Nec negotium faceſſere debent initiales utriuſque vocis, *c* Sc. et *h* quæ crebro commutantur, ut in Ar. habel, Angl. cable.
Sued. hol, Lat. collis.
Angl. horn, Lat. cornu, &c. &c.
Verum magis mihi arridet v. crimen derivare ab Ar. germ, *i. e.* crimen commiſit, delicti reus fuit; unde prodiit germon, crimen, delictum. V. G. p. 496. Notum enim eſt olim apud Lat. lit. *c* pro *g* adhiberi; ut patet ex inſcriptione inciſa in columna erecta D. Duillio, ei, qui primus Carthaginenſes navali prælio vicit, ubi legitur: leciones, maciſtratos, Cartacinienſes, puc-

pucnandod, &c. pro legiones, magiſtratus, Carthaginenſes, pugnando, &c. quapropter Plut. in quæſt. Rom. ait Lat. macellum eſſe Græc. mageiron.

C R O

CROCUS. Ab Ar. korkom. Gol. p. 2024.

C R U

CRUS. Ab Hebr. Chald. et Syr. cura crus, tibia. Hinc curvare. V. Caſt. p. 1814. et ſeq: Accedit Ar. curao tibia, pars cruris tenuior.

CRUSTUM. Ab Ar. korſt, cruſtulum panis, paſtillus. V. G. p. 1886. Hinc derivantur It. croſta, Gal. croute, Angl. cruſt.

C U L

CULMEN. V. *Cume* Luſ.

CULTELLUS. V. *Acutilar* Luſ.

CULUS. A Perſ. cun, podex. facta Sc. commut. lit. *l* et *n*. V. ſub voce *Lirio* Hiſp.

C U M

CUMINUM. Ab Ar. Hebr. et Perſ. kamum. Hinc derivantur Angl. cummin, et Luſ. cominhos.

C U N

CUNÆ. Forte v. hæc manat ab Ar. can, ſub quo extant notiones tegendi ad calorem fovendum, necnon operimenti, involucri, et cujuſcunque rei ſub qua, vel in qua aliquid reconditur. Caſt. p. 1571.

C U P.

CUPRUM. Forte ab Ar. ſafr. G. p. 1362.

C U R

CURDI, Curdiſtania. Ab Ar. cord. V. Gol. p. 2018. Conjicio igitur gentem illam ita appellatam propter ejus robur ac ſtrenuitatem in repelendo, propelendo ac perſequendo; quæ ſunt notiones Ar. v. carada.

Accedit Perſ. cord [*i. e.* curdi] quod etiam ſignificat fortis, bellicoſus, ſtrenuus. Caſt. p. 446.

CURIS aud Sabinos, a Celt. curo, quod aſſervavatur in L. Ar. in qua v. caur ſignificat haſta fodere. V. Gol. p. 2078.

CURTUS. Ab Ar. et Perſ. cuta, curtus, brevis; interjecta lit. *r*, ut ſæpe fit. Vid. *Dumb*, Angl.

CURVARE. V. *Crus.*

DAP

DAPINO. A Celt. dapar, vel daphar, *i. e.* coquere. Accedit deifio [in idiomate quod vulgo Gallois appellatur] urere, aſſare; 2°. fulgurare. A Celt. igitur voce oritur etiam daps, ſive dapes, quia, nempe, dapinatæ, coctæ et apparatæ ſunt.

Verum hæc omnia a Perſ. L. manarunt, in qua extat *tab. i. e.* accenſio, ardor, calor; item febris, tabes; et verb. tabi-dan fervere, et fervidum reddere, candere et candefacere, ſplendere, coruſcare, fulgurare, &c.

Ex hac igitur voce, quam prae manibus habemus, mira exſurgit probatio harmoniae L. L. O. O. cum Celt. et Lat.

DAPES. V. *Dapino.*

DAR

DARE. A Perſ. da-dan.

DIA

DI-ABOLUS. Di-abolos, Græc. Ab Ar. douablis, *i. e.* nequam, deſperatus, in quo nihil eſt boni. A nequitia igitur ac deſperarione nomen

men accepit Diabolus; quapropter apud Arabes etiam ſine præfixa *dou* effertur hoc modo *ablis*, *i. e.* diabolus, ita dictus, ut ait Gol. quia de divina miſerecordia deſperat. Hinc fluxere Angl. devil, et evil; Gal. diable.

D I E

DIES. Day Angl. dia Hiſp. ab Ar. diia lux, cujus v. *daa* ſignificat luxit, micuit.

D I L

DILIGERE. Forte a Perſ. dil, cor; quia Sc. ſedes amoris eſt. Ex quo derivatur Perſ. dilchah, animae deſiderium, amaſium, et res quaevis pulchra.

D O L

DOLUS. Ab Ar. dalon, fraus, deceptio. Gol. p. 787.

D O M

DOMARE. Ab Ar. tama, ſervum effecit, in ſervitutem redegit, obſequio ſubjecit. V. Gol. 407. Hinc *taim* ſervus.

Porro ex hac Ar. voce manarunt quamplurima vocabula; quorum originem nemo, quod ſciam, penitus hucuſque detexit. Pauca tantum ſubjiciam.

To

To tame Angl. domare.
Dompter Gal. id.
Tamian Anglo-Sax. id.
Zaeman Germ. domare vi, vel arte, ut recte innuit Wachter.
Tamian, gatamian Goth. domare.
Damaô Græc. id.
A-damas, vox compos. ex negativa *a*, et *damaô*, ad verbum indomabilis.
Zahm Germ. tam Belg. domitus, cicur.
Ram Perſ. manſuetus, cicur, obediens. Hinc ram cardan domare, ſubmittere ſibi jugoque, obſequentem rèddere. De promiſcuo uſu lit. *d* et *r*, Vide quae dixi ſub Lat. voce *Hir*.
Tautem apud Germ. praecipue, crebro vertitur in *z*, ut accidit in
Tongs Angl. tang Belg. zange Germ. Lat. forceps.
Tyd Belg. zeit Germ. tempus Lat.
Tegula Lat. Ziegel Germ.
To teach Angl. ziege Germ.
Tolbiak, Tug et Tigur, quae ſunt nomina locorum apud nonnullas nationes, ſcribuntur a Germanis Zulpich, Zug et Zurich.
Demum ex placido ac tardo aquarum fluxu, nonnulla fluviorum nomina a voce *tam* derivantur, ut

Tam-

Tam-aga in Luſ.
Tam-arus in Magna Graecia.
Tam-is in Pelopon.
Thameſis, vel Tam-eſis in Angl. a cujus faucibus, maris acceſſus ad centeſimum milliare pertingit.
DOMINUS. Juxta cl. Gebelin derivatur a Celtica et primitiva voce *dam* ſeu dom, *i. e.* altitudo, poteſtas, dominium. Aſſervarur autem primitiva hæc vox in Ar. tam [V. Gol. 1481, 407.] ſub qua extant ſequentes notiones; opulentia, exſuperans abundantia, prævalentia, vincens, ſervum effecit, in ſervitutem redegit, obſequio ſubjecit, quæ omnia Dominorum ſunt propria. Hinc fluxerunt
Dame, vel dam, titulus Dei, necnon Regum. Gall. obſol.
Vidame Vicarius Epiſcopi; ad verb. Vice-dominus, ſed tantum civilis. Angl. Vidam.
Damoiſeau, vel Damoiſel Gall. titulus ſiliorum equitum.
Dama It. et Hiſp. dame Gal. matrona, illuſtris fæmina. Ridicula plane etymologia eſt illa quam Hiſpani Lexicographi exhibent hujus vocis. Ducunt enim illius originem ab Ar. *dama*, *i. e.* lacryma; non ſolunt, aiunt, quia,

ut aliæ mulieres, facile lugentibus lacrymas commodant, ſed etiam quia citius illas ipſarum amatoribus movent, quam caepa, aut lacrymoſus fumus.

Don It et Hiſp. Titulus honorificus.

Domus. Quia in domo Dominus habitat, ac ibi praecipue regnat, imperat ac dominatur in ſuos.

Praeterea ex *tam* abundantiam exſuperantem ſignificante forte fluxit; Angl. teem, *i. e.* ſaepe in utero geſtare; et teeming, *i. e.* faecunda, fertilis, ſaepe gravida.

Tandem haec eadem primitiva vox aſſervari videtur etiam in Perſ. daman, *i. e.* potentia ac robore ſpectabilis, venerandus, fortis, robuſtus, validus, terribilis, metuendus, &c. &c.

DOMUS. V. *Dominus.*

D O R

DORMIRE. V. *Dumb.*

D R A

DRACO. Vulgo derivatur vox haec ab Ar. adrac, vidit, [vid. Gol. p. 820.] ex quo emerſit Græc. derko, quia, ut aiunt, dracones viſu acuto ſunt prædiți. Putant alii vocem illam derivari ex Hebr. drac, via, tractus, veſtigium,

et tanquam verb. calcare, conculcare terram, viam, aut aliquid aliud, ut draco facit in reptatu ſuo, ex quo dracones nomen accepiſſe cenſent; quemadmodum apud Græcos herp, et apud Lat. ſerpens eſt, *i. e.* reptans animal. Quid vero ſi dicamus draconem ſic appellari a celeritate, quæ, eſt ſignificatio Ar. v. darkaa, *i. e.* celeriter ivit, fugit, vel darak, feſtinavit. V. Gol. p. 820.

DRACUNCULUS hortenſis, Angl. tarragon, Hiſp. dragon-tea. A Perſ. targan, vel Ar. targon. Caſt. p. 177. Gol. 377.

D R U

DRUIDES, ſive Druidæ. Vera hujus vocis etymologia, ait Cl. Gebelin, derivatur a. *dru* nemus, et *udd* vel *idd* dominus, poſſeſſor; quia Sc. in Sylvis habitabant ſacerdotes illi. Attamen nequeo me continere, quin potius credam ex functionibus ad illorum ſacerdotale munus ſpectantibus, appellationem deſumpſiſſe Druidas; ut ſunt Deum laudare, populum benedicere, ſalutare, ac ſalutem impertiri, Dei Miſericordiam ipſis implorare, necnon calamitates ab iiſdem deprecari. Porro ſub Perſ. *durud* ſequentes extant notiones apud Caſt. p. 265. Pax, ſalus,

ſalus, ſanitas. 2°. Miſericordia Dei. 3°. Salutis optatio, ſalutatio, et deprecari, ut Angeli faciunt, ac tandem cum v. cardan, benedicere, bene precari, ſalutare, laudare.

D U C

DUCO. Ab Ar. cad, *i. e.* duxit, per metat. ut fit in grad-us, ab Ar. drag, e-leph-as a fil, &c.

D U R

DURACINA. Perſica, ab Ar. durakin. V. Gol. p. 770.

E B E

EBENUS. Ab Ar. abnus. Gol. p. 10.

E G E

EG-ET. Ab Ar. hej, opus et neceſſe habuit. V. Gol. p. 663. Excidit autem lit. *h* frequentiſſime in principio vocum, ut in aſta, heros, honor, homo, habere, &c. quæ ab Italis ſcribuntur eroe, onore, uomo, avere, Gal. avoir, &c. Vide v. *Muſæ*.

E L E

E L E

ELEPHAS. V. ſub *Etymologia.*

E L I

ELIXIR. Lat. et Ar. V. G. p. 2033.

E R E

EREBUS, erebantium. V. *Algarve* Luſ.
EREMUS. Ab Ar. armao. Gol. p. 79.

E R U

ERUCA. Ruchetta It. ruqueta Hiſp. rocket Angl. Cl. Gebelin originem hujus vocis repetit ex Or. irek, vel iruk, *i. e.* viror, et etiam olus. Ego potius ſentio ab Ar. harak deducendam vocis originem eſſe, ſub qua Ar. v. extant notiones uſtionis, ardoris, libidinis, congreſſus venerei; unde harikat, *i. e.* mulier libidinoſa. A virtute igitur morantem venerem revocandi, [juxta illud Virgil.

Et venerem revocans eruca morantem.

Et Ovid.

——Erucas aptum eſt vitare ſalaces.]

Etymon repetendum.

E S C

ESCA. V. ſub v. *Miſſa* Lat.

E U C

EUCHARISTIA. Ab Ar. korſat, cruſtulum, paſtillus, et etiam orbicularis panis Euchariſtiae. Nomen ergo accepit panis Euchariſticus ab orbiculari forma. Nam Ar. v. karaſa ſignificat etiam *in orbiculares partes concidit maſſam.* Quod attinet autem ad initiales lit. vocis Euchariſtia, vid. quae dixi ſub v. *Etymologia.* Quibus addi poteſt vox Eu-phrates, quae eſt Arab. pharat, *i. e.* aqua dulcis, et etiam Euphrates fluv. V. Gol. p. 1773 et 1886. Porro cum Ar. vox ſignificet etiam fruſtulum panis, forte panis Euchariſticus ita per excellentiam fuit appellatus.

E T H

ETHNICUS. V. ſub *Etymologia.*

E T Y

ETYMOLOGIA, ſeu, ut vertit Cicero, Veriloquium. Derivatur vox haec a Graec. e-tumos et logos. Utraque autem vox Græca deriva-

tur

tur ab Ar. L. Nam prima manat ab Ar. tamm, ſub qua ejuſque derivatis extant notiones perfectionis et integritatis phyſicæ. 2°. Perfectionis metaphiſicæ, figuratàe ſeu moralis, veritatis, nempe, ac certitudinis, et quidem inconcuſſae, atque incontroverſae; ut patet ex *tatmim* nomine act. 2 conj. *i. e.* adducere in oratione verba eum ſenſum praeſtantia, cujus contrarium intelligi nequeat; et ne longior ſim, ex alio derivato *temmt*, *i. e.* perfecta ſunt, ſine dubio et vitio Dei verba. Accedit Heb. tummim, *i. e.* certitudines; quia certum faciebant de conſilio et veritate Dei. Quod autem attinet ad logos, derivatur vox illa ab Ar. lahg, *i. e.* locutus fuit, et etiam ſermo. Unde quoque fluxit Lat. loquor. V. Caſt. p. 3908. Quod attinet tandem ad *e* primam lit. v. e-tum-os, ſolet illa praefigi nedum Graecis; ſed etiam aliarum L. L. vocibus, ut in

Graec. e-leph-as, ab Ar. et Perſ. fil [per metat.]
E-thn-os, a primit. tan [incola, et etiam manſio] extante in Ar.L. V. *Tenere*, Lat.
E-kat-on, a Perſ. ſad. V. *Centum.*

Luſ. e-ſcada, Gal. echelle, Lat. ſcala.

Angl. e-agle, Lat. aquila.

Gal. eſſor ab It. ſorare, Lat. volare, &c.

Graec.

Graec. ai-gialos, a Celt. gal. vel gial, ripa maris. Æ-gyptus, &c.

Eſt igitur Etymologia ſermo perfectus, verus, certus, ſeu ſermo perfectam, certam, veram, incontroverſam, ac inconcuſſam originem ſeu derivationem vocis alicujus, caeteraque ad eamdem vocem, illius ve ſignificationem pertinentia, oſtendens.

Si igitur hanc, in quam ſedulò incumbimus artem, perquam illuſtriſſima, ſimulque accommodatiſſima *Etymologiæ* appellatione inſigniverunt longe omnium praeſtantiſſimi ac in dicendo eloquentiſſimi Graeci; vereantur illi, qui eam futilem cenſent, protereaque contemnunt, ne, dum aduncis naribus indulgent, ipſiuſmet appellationis inſcitiam turpiter prodant.

E V I

EVIDENS. A Perſ. havaida, clarus, conſpicuus, manifeſtus. Caſt. p. 564.

E U P

EUPHRATES. V. *Euchariſtia.*

E U R

EUROPA. V. *Algarve* Luſ.

EURUS.

EURUS. Ab Ar. eiron. Gol. p. 197.

E X

EX eſt Perſ. az.

E X A.

EXAMEN. V. *Ammaſſare* It.

E X I

EXIST-ERE. A Perſ. ziſtan, vivere.

F A C

FACERE. V. ſub *Hazer* Hiſp.

FACIES. Ab Ar. vagh, anterior et obvia pars cujuſque rei. Item facies, vultus, effigies. V. Gol. 2630.

Literæ initiales utriuſque vocis alternant, ut in

Gal. ſerf. Lat. ſervus.
clef, clavis.
Luſ. fita, vitta.
Angl. oven, Germ. ofen, Anglo-Sax. ofne, furnus.

Angl. Proof, Gal. preuve.
Furrow, Belg. vore, ſulcus.
Field, Belg. veld.
Celt. et Vall.
Afal, Hibern. aval, Angl. apple.
Adfain, Lat. advena.
Afais, avis.
Catorfa, caterva.
Dwfr, Hibern. dur vel duor ; et in Britain. Min. dour, aqua, flumen.
Quod attinet autem ad lit. *c* et *g*, vid. ſub v. *Cera* It.
Hinc quoque manarunt
Angl. et Gal. face, facies.
It. faccia, idem.
Facciata, frons, ſeu pars anterior ædificii.
Facciata, pagina, ſeu pagella.
Lat. Pagina, Angl. et Gal. page, It. pagina ; nam *f* et *p* alternant, ut in
Lat. Piſcis, Angl. fiſh.
Pater, Angl. father, quod eſt Belg. wader, et Theut. watter.
Figo, Græc. peigô.
Paradiſus, Perſ. ferdous.
Hiſp. ſoplo, Gal. ſoufle, Lat. flatus, &c.
Perſæ ſimiliter frontem, ſeu anteriorem ædificii partem

partem vocant Rui amarat, ad lit. frons, ſeu vultus ædificii; paginamque chartæ Rui caghaz, ad lit. frons ſeu vultus chartæ.

Hinc tandem fluxit Hiſp. haz, facies. Alternant quippe, ut ſæpe monui, *h* et *f*.

F Æ N

FÆNUM. V. *Guaime* It.

F A L

FALÆ [apud Plautum.] V. *Balire* It.

F A R

FAR, farina, furfur. Forte ab Ar. farfar, fregit in minutas partes.

FA-RI. Falar Luſ. Forte ab Ar. fah, ore extulit, pronunciavit, verbum fecit, affatus fuit. V. Gol. 1835.

F A T

FATISCO. Ab Ar. fatak, rupit, fidit, et etiam patuit, apertus fuit. Gol. 1754.

F E L

FELIX. Ab Ar. falh, felix, proſper fuit. Hinc mu-flih, felix. V. Gol. p. 1822.

F E R

FERO, ferax, fertilis. V. *Brenhas* Luſ.
FERRE, ſeu portare. A Perſ. bor-dan.
FERV-ERE. Forte ab Ar. far, pro fawr. V. G. p. 1831.

F I G

FIGULUS. Ab Ar. fachar. Alternant *l* et *r*. V. Gol. p. 1767.

F O L

FOLIUM. V. ſub *funus*.

F O R

FORAMEN. V. *Berruma* Luſ.
FORMA. V. *Harmonia* Lat.
FORMICA. Hormiga Hiſp. myr-mex Græc. A Perſ. mor idem ſignificante. Pari repetitione fiunt du-dum, po-pulus, cucumis, cacumen, dodona, iden-tidem, &c. Mor autem puto derivari ab Ar. mar, proſpexit de commeatu ; attulit

tulit aliunde commeatum, pec. frumentum; quod plane concinit cum magni formica laboris atque induſtriæ ſane ſingularis. Tandem lit. *m* & *f* alternant.

FORMOSUS. V. *Harmonia* Lat.

F R OE

FROENUM. V. ſub *Framea*.

F R A

FRAMEA. [Lat. vox a Tacito conſervata.] Cl. Wachter ait vocem hanc derivari a *frumen*, *i. e.* jacere, jaculari. Sed unde frumen derivetur, non explicat. Frumen igitur fluxit ab Ar. ram, jacere, jaculari; ex quo mirmao, *i. e.* ſagitta, provenit. Gaudet enim lit. *r* prefixa *f*, ut in

Germ. rott, It. frotta.

Græc. rheein, Eol. freein, currere.

Frænum Lat. a Græc. rin, naſus.

Frater Lat. Notum eſt hanc vocem compoſitam eſſe ex terminatione *ter*, [quæ pariter inſervit vocibus pa-ter, mater, et Angl. daugh-ter, ſiſter] et Or. rho, vel rha, [Caſt. p. 3612] *i. e.* amicus, ſocius, proximus, præfixa lit. *f*.

FRATER. V. *Framea*.

F R E

FRETUM. Ab Ar. farad, dividere, ſeparare. Hinc partior.

F R I

FRICARE. Ab Ar. farac, confricuit. Hinc manarunt It. fregare, et Luſ. esfregar.

F R U

FRUCTUS. V. *Brenhas* Luſ.

F U G

FUGERE. Ab Ar. hajara. Alternant *h* et *f*. Hinc Hiſp. huir.

F U N

FUNDERE. Ab Ar. fad, [naſalando primam, quæ naſalatio tollitur poſtea in præt. & partic.] ſub quo extant notiones profuſionis, diffuſionis, diſperſionis, &c. V. Gol. p. 1839, et Caſt. 2972 et ſeq.

FUNUS. Ab Ar. Ann, quod eſt etiam Hebr. et Chald. V. Caſt. p. 152, et ſeq. ſub quibus extant ſequentes notiones: gemuit, planxit, mæſtus,

mæſtus fuit, planxit ob mortuum. Confer etiam, ſi lubet, Hebr. et Ar. honi, *i. e.* cura, afflictio, clamor, &c. V. Caſt. p. 2813, 2816.

Et vero: Tot ſunt commutationes aſpiratarum in omnibus fere linguis cum lit. *f*, ut pro comperto habeam vocem funus ab Ar. *ann* derivari, commutatione facta lit. *alif*, quæ eſt ſpiritus lenis Graecorum, cum lit. *f*. Quoniam vero vix, aut ne vix quidem, ſcriptores etymologici hujuſmodi commutationem, ut par erat, agnoverunt praeter cl. Gebel. nonnulla illius exempla proferre ſtatui.

Hiſp. Hacina, Luſ. faxina, Gal. et Angl. faſcine.
Hambre, Luſ. fome, Gal. faim, fames.
Horca, Luſ. forca.
Hidalgo, Luſ. fidalgo.
Hormiga, Luſ. formiga, Lat. formica.
Huyr, Luſ. fugir.
Hermoſo, Luſ. et Lat. formoſo.
Haba, Luſ. fava, faba.

Vet. Lat. et Sabin. fircus, hircus; fordeum, hordeum; foedus, hoedus.

Gal. ahan, It. affano.

Tandem Luſitani, ut plurimum aſpiratam, Ar. *h* per *f* efferunt, ut in vocibus *atafona*, *moſina*, *azafama*, &c. quas vide in hoc ſpecimine.

Quodſi

Quodſi mavis vocem funus ab Hebr. et Ar. honi derivare, ſcito lit. *ain* [quae eſt prima vocis honi] cum eadem *f* ſaepe pariter commutari, ut in

Hebr. holê, Graec. phullon, Lat. folium, Hiſp. hoja.

Houg, Hiſp. hogaſa, Luſ. fogaſa, It. focaccia.

Hoſê, Hiſp. hazer, Luſ. fazer, Lat. facere.

Perſ. Feridoun, Armen. Hroudanai, cujuſdam regis nomen.

F U R

FUR. Forte ab Ar. bur, homo nequam et perditus Radix Ar. eſt bara. Conc. WAW.

FURCA. Ab Ar. fark, diviſit, ſeparavit; a ſeparatione Sc. partium.

FURFUR. V. *Far*.

FURNUS. Ab Ar. et Perſ. forn.

F U T

FUTOARE. Obſol. ab Ar. fath, ſedavit ferventem bullitione ollam, *&c.* V. Gol. p. 1758.

FUTUO. Ab Ar. fat. V. Gol. p. 1809.

G A N

GANEO. Ab Ar. chana, ſcortatus fuit. G. p. 766.

G A R

GARRIRE, gerro, gerrae, *&c.* a Perſ. charuſhidan, vocem tollere, blaterare, murmurando vocem efferre. Porro omnes hae voces derivantur a primit. car, ſeu gar, cujus phyſica notio ſita eſt in murmure fluentis aquae; quae notio aſſervatur in Ar. charr, cum murmure fluxit aqua, et *charir*, murmur fluentis aquae. Hinc manarunt

Graec. gar-us et gher-us, vox, verbum, oratio.
Gar-uona, blatero.
Ghér-uein, loqui, narrare. Quo ſenſu reperitur apud Heſiod. de operibus, v. 260.

It. ciarlare, ciarlone, garrire, blatero. Ciarlatano, circulator.

Luſ. Galrar, garrire.

Lat. garrulus, *&c. &c.*

G A Z

GAZA. Ab Ar. chazan, aſſervavit in aerario.

G E L

GELU, gelidus. Ab Ar. gialid.

G E N

GENA. A Perſ. genah idem ſignificante. V. Caſt. p. 199. conveniunt cum Ar. vagenat, vel agenat. V. Gol. p. 2629.

GENU. A Perſ. zanu.

GENUS. Ab Arab. et Perſ. gens idem ſignificante.

G E R

GERRO, gerræ. V. *Garrire.*

G L A

GLADIUS. Puto derivari ab Ar. gialad, quod in iii. conj. ſignificat, digladiatus fuit, gladio pugnavit. Gol. 521.

G R Æ

GRÆCUS. Heſychius ait primitivum Graecorum nomen fuiſſe *Rhai-cus*, quae vox a Rhée derivatur Ionium mare olim ſignificante, ut legitur in Graec. tragaedia, cui nomen eſt *Prometheus catenis vinctus*. Porro in L. Ar. habentur *raha*

et

et *rahah*, quorum prius ſignificat offendit terram amplam, unde oritur *rahao*, *i. e.* terra ampla; ſecundum vero latitudinem; et tandem *rehrah*, *i. e.* lata et ampla res. V. Gol. p. 957, 1057, et Caſt. p. 3535.

Pelaſgi ergo, cum è ſeptentrionali Pelaſgiæ latere meridiem verſus deſcendiſſent, ac Illyricum mare ad dexteram vidiſſent longum atque anguſtum; ſtatim ac ad Acroceraunia pervenerunt, ſpatioſumque mare Ionium aſpexere, illud *Rhée*, *i. e.* latum amplumque nuncuparunt. Nec obſtat hujuſmodi derivationi initialis lit. *g*, quæ præfigi ſolet vocibus *r* in principio habentibus, ut patet in

Rhæti, quæ ab Italis ſcribitur g-rigioni, et a Gallis g-riſons.

G-re-x, quæ vox derivatur ab Ar. rai idem ſignificante. Alia exempla vid. ſub v. *Gremium*.

Liquet igitur cur Ionium mare Rhée, regio illi contigua Græcia, ejuſdemque incolæ tandem Græci fuerint appellati.

G R A

GRAMMATICA, grammateus, grammicus, gramatias, gramatophylacium. V. ſub *Carve*, Angl.

GRE

GREMIUM. Ab Ar. rhem, uterus. Nec obſtat lit. *g*. Solent enim aſpiratæ et guturales prefigi lit *r*, ut in
Annglo-Sax hraefen, Angl. raven, corvus; hracode, ſciſſus; Angl. rag, Graec. ragô, Luſ. raſgar, ſcindere.
Angl. green, Hebr. ron, viridis. V. Caſt. p. 3618.
Gal. gronder, ab Ar. rad, terruit, minatus fuit. Gol. 1002.
GREX. Ab Ar. rai. V. ſub voce *Græcus*, et Gol. p. 1007.

GUL

GULA. Gullet Angl. gola It. eſt Perſ. galu, guttur.

GUM

GUMMI. Gomma, It. &c. Ab Ar. ſommo. V. Gol. p. 1381. Notum eſt, ait Gibert, T. xix. p. 11. inſcript. et BB. LL. lit. *ſ* et *c*, ſive *g* [nam gutturales alternant] eſſe analogas, poſtquam id plurimis exemplis probaverat.

G U R

GURGES, puto derivari a gyro. V. *Gorra* Hiſp.

G Y P

GYPSUM. V. *Geſſo* Luſ.

G Y R

GYRUS, gyrofalco: V. *Gorra* Hiſp.

H A B

HABILIS. Ab Ar. kabil.

H Æ R

HÆREDIUM. V. *Rus*.

H A L

HALO. Ab Ar. halat, *i. e.* Corona circa lunam. Gol. p. 2591.

H A M

HAMUS, hamaxo. V. *Ammaſſare* It.

HAR

HARMONIA, armonia It. &c. Ab Ar. arm, devinxit, conſtrinxit *in univerſum, ſeu generatim.* 2°. Lenivit, demulſit hominem, ex quo manavit nomen act. conſtringendi *in univerſum*, quod nomen actionis idem quoque valet ac forma corporis, et membrorum compages; utraque tamen venuſta, ac concinna, ita ut leniat, demulceat, rapiat, atque conſtringat. Nam partic. paſſivum ejuſdem verbi, nempe, *marumat* ſignificat venuſtum, pulchrum ac concinnum in univerſum; [quia fæminina Arabica exprimunt adjectiva neutra] et pec. venuſta et bene ac eleganter membris conformata puella. V. Gol. p. 77. Mira ſane hic apparet harmonia inter Ar. ac Lat. *l.* nam Arabes dicunt marumat, id eſt, formoſum, et haſanat-al-arm, *i. e.* pulchrum formâ. Hinc igitur manarunt Graec. arme vel armos, *i. e.* forma; Lat. formoſus; Hiſp. hermoſo; Angl. charming; Gal. charmant; Lat. carmen, &c.

H E L

HELLUO. V. *Bellua.*

H E R

HERNICUS. Servius in Comment. V. 684, Æn. vii. nempe

Hernica Saxa colunt quos dives Anagnia paſcit.

Ait Hernicos populos ita vocari a voce Hernae, quae in Ling. Sabina [fuerunt nanque Sabini primi illius loci habitatores ex Sabina propulſi] rupes, et Saxoſos montes ſignificat. Quapropter addit *hernica loca* idem ſonare ac Saxoſa loca: Porro Sabina v. hernae aſſervatur in Ar. harran, *i. e.* terra ſeu regio petroſa. V. Gol. p. 603. Hinc etiam derivari poſſunt Luſ. et Hiſp. v. brenha; Angl. barren, facta commutatione lit. *h* et *b*, ut alibi ſaepe fit; necnon *berna*, *bernenſis*, *&c.* propter rupes, ſeu clivos. Vid. *Brenha* Luſ.

HERUS. Forte ab Ar. harr, liber fuit, &c. V. G. p. 590. Hinc Germ. herr, et Belg. heer, herus.

H I L

HILARIS. Hilaros Græc. Ab Ar. hall, exultavit præ laetitia, laetus fuit. Tertia radicalis *l* vertitur in *r*, ut ſaepiſſime accidit. Hinc fluxere quoque Luſ. allegre, et It. allegro.

H I R

HIR. Ab Ar. iad, quod eſt Graec. khir, Hebr. id, Æthiop. ad, Perſ. giar, et [nazalando primam] Septemtrionale hand. Notum quippe eſt lit. *d* et *r* ita pingi in priſcis linguis, ut vix una ab altera diſtinguatur. Hinc apud Hetruſcos ſcribebatur Dea, et Rhea; et Numer. xxi. 1. Arad es adad; dodanim eſt doranim, et nagar eſt nagad apud Hebr.

H I S

HISTORIA Lat.; Graec. &c. Ab Ar. ſatar, ſcripſit. ex quo fluxit *moſatar*, ſcriptum, et *eſtarat* fabula.

H O M

HOMO. V. *Humus*.

H O N

HONOR. A Perſ. honr.

H O R

HORREUM. Ab Ar. horion. Gol. p. 1689 et 2540.

HORTUS. V. *Gorra* Hiſp.

H U M

HUMUS. Ab Ar. um, mater, cauſa unde quid dependet; aut id quo quid continetur, manſio, habitaculum, &c. Vid. Gol. p. 147. Erit igitur humus mater, [Perſæ illum vocant mader chiti, *i. e.* matrem mundi] manſio, ſeu habitaculum per excellentiam. Hinc derivatur *Homo*, *i. e.* humi filius per excellentiam pariter.

H Y D

HYDRA. V. *Hidra* Hiſp.

H Y S

HYSSOPUS. Ab Ar. zoupha. G. p. 1122.

I G N

IGNIS. Ab Ar. ain, *i. e.* corpus, et radii ſolis. Hinc etiam Inuus, cujus figura lucis ſolaris naturam deſignabat. V. Macrob. Saturn. L. I. C. xxvii. Hinc pariter inula, cujus flores aureo, ſeu ſolis colore ſunt radiatæ.

I M B

IM-BER. Fortè Ab Ar. iem [quod eſt Græc. imao] *i. e.* mare, et *ber*, quaſi dicas: mare ferens. V. *Brenhas* Luſ. quia, nempe, aqua è nubibus per imbrem delapſa, ex maris exhalationibus ibi collecta fuerat. Quapropter Arabes nubem vocant filiam exhalationis, et etiam maris. V. Gol. p. 225, et 331.

I M M

IMMANIS. Vox compoſita ex negatione *in*, et *manus*, *i. e.* bonus, felix; unde ad verb. eſt *non bonus*, vel non felix, infelix. Porro vox *manus* in hoc ſenſu cito obſoleta evaſit apud Latinos, in cujus vicem, ut puto, vocem *bonus* ſubſtituerunt, facta commutatione labialum quemadmodum

dum Hiberni ſubſtituerunt aliam labialem *f* Sc. et formarunt *fo* [abjecta *n*] *i. e.* bonus. Ut ut tamen res fuerit, certum eſt vocem *man*, *i. e.* bonus, Celticam eſſe, atque ſub eadem notione bonitatis aſſervari in Ar. mann, *i. e.* benefecit, benemeritus fuit, benignus, benevolus et propitius fuit. Unde *mannon* donum; *mannan*, vel *menina*, benignus, propitius, beneficus, quæ cum Artic. *al* Deum indicant, qui ſua ſponte bonus eſt, largitur et benefacit.

Ex eadem ſcaturigine manavit Lat. *mane*, quæ vox pro ſalutatione matutina adhibebatur, quaſi dicas ſalve, ſalvus et felix ſis, ut recte obſervavit Macrob. L. 1. c. 3. qui inſuper ait vocem *mane* optatum, votum et deſiderium innuiſſe, quæ notio pariter aſſervatur in Ar. v. man, quod in ii. conj. ſignificat fecit ut optaret; et in v. optavit rem; hincque fluit *moniat*, optatio, votum, *omniat*, res optata, &c. V. Gol. p. 2270.

Præterea apud Luſitanos uſitatiſſima eſt vox *mano*, *i. e.* frater, quæ ſane ab eadem origine Celtica *man* ſive bonus provenit. Appoſitè igitur voce *mano* utuntur ut fraternum amorem indicent, dum alter alterum compellat bonum. Sic Galli etiam dicunt *ma bonne*. Ex eodem quoque fonte Celt. ſeu Ar. derivantur *munus*, quinimo

et *manna*, quaſi dicas donum, ſeu bonum per excellentiam.

Me tandem continere nequeo, quin conjectem vocem *manus* humani corporis membra deſignantem ex eodem fonte manaſſe. Tum quia inſtrumenta ſunt, per quæ dona et munera tranſeunt; cum etiam quia inter alia bona ab Auctore Naturæ humano corpori elargita, eæ præcipuè ſunt, quarum ope vitæ adminicula, ſuſtentaculaque comparamus. Similiter apud Arabes vox *iad*, *i. e.* manus, beneficium, auxilium, benemeritum, ac opem ſignificat, quia, nempe, manu hæc omnia conferuntur.

I N T

INTRA. A Perſ. andar, in, intus, intra.

INTUBUS. Ab Ar. hindab. G. p. 2518. Hinc manarunt It. indivia, et Angl. endive.

I N U

INULA et INUUS. V. *Ignis*.

I R A

IRA. Ab Ar. eria, æſtuavit, exarſitque irâ vel indignatione. Gol. p. 83.

J A S

JASPIS. Ab Ar. et Perſ. iaſhb. V. Gol. p. 2761.

J E C

JECUR. A Perſ. gigar. Hinc Hiſp. higado, Luſ. figado.

J U G

JUGUM. V. *Daughter* Angl.

J U N

JUNGERE. V. *Daughter* Angl.

J U V

JUVENIS. A Perſ. giovan.

L A B

LABIUM. A Perſ. lab.

L A C

LACHESIS, [una Parcarum] ab Ar. Laches, *i. e.* roſit Lanam, linxit, lambit, ut nentes faciunt. V. *Parcæ*.

L A D

LADANUM. Ab Ar. ladan. G. p. 2123.

L A M

LAMIA [nomen piſcis carnivori] ab Ar. lham, carnis appetens, carnivorus. Gol. p. 2114, 2169.

LAMINA. It. lama. Ab Ar. lama, ſplenduit, rutilavit, micuit, ut fulmen, ſtella, &c. V. Gol. p. 2162. Hinc manat quoque It. lampo. V. etiam *Lama* It.

LAMPAS. V. *Llama* Hiſp.

L A N

LANIO. Ab Ar. lahm, ſub quo extant notiones poſſidendi, et vendendi carnes, necnon ſtragis, mortis, &c. De commutatione autem lit *m*. et *n*, opus non eſt hic exemplis, cum plurima in hoc ſpecimine propoſuerim.

L A R

LAR. Ab Ar. et Perſ. dar, domus, habitatio, manſio, facta commutatione lit. *d* cum *l*; ut in Lat. Ulyſſeus, Græc. Odyſſeus.

Levir, daver.

Lacryma, vel dacrima, ut ait Feſtus; Græc. dakry.

Lautia, vel dautia, ut ait idem Feſtus.

Magalia, Hiſp. majadas, Luſ. malhadas.

Cauda, It. coda, Hiſp. cola.

Scala, Gal. echelle, Luſ. eſcada.

Lupus, Arab. deib.

Pa-lmyra, Hebr. Tha-dmor.

Mel, Illyr. med; ex quo fluxit Angl. mead.

Cicada, Gal. cigale, It. cicada et cicala.

Ital. Veletta, vel vedetta, ſpecula.

Rado, Hiſp. ralo, rarus, et *ralla tunica* apud Plaut.

Briglia, Gal. bride, habena.

Spalla, Hiſp. eſpalda, Luſ. eſpadoa, ſcapula.

LARES. Plures Deos Romani hoc titulo inſignivere, ut lar cœleſtis, Deus, ſeu Dominus cœli; lar cunctalis, Deus, ſeu Dominus cunctorum; lar Permarinus; lares querquetulani, *&c.* ſed Romani nomen lar ab Etruſcis acceperunt, ut

ut conſtat ex variis inſcriptionibus, in quibus nomen lar adhibetur tanquam prænomen illuſtrium virorum, ſignificans idem ac Princeps, Dux. Porro Etruſci nomen lar ab Or. mutuarunt. Quapropter Cicero, referente Bullet, ait vocem *larea* eſſe Phaeniciam, idemque ſignificare ac *lar* apud Etruſcos. Id vero totum mirifice confirmatur ex Perſica lingua, in qua extat vox *lar-lar*, quod eſt nomen Dei Altiſſimi. V. Caſt. p. 493. Repetitio vero in voce *lar-lar* ſuperlationem indicat, ut perennitatem in voce Tar-tarus, quam vide. Hinc derivatur Angl. *Lord*.

L A T

LATERE. Forte ab Ar. lata, occultavit. V. Gol. p. 2175.

LATIUM. V. *Land* Angl.

L E M

LEMURES. Forte ab Ar. ommar, domus incolae Daemones, prefixo, Sc. art. *l*, ut fit in la-byrinthos, *i. e.* ſolis palatium; in lepra, praefixo eodem art. voci bera, *i. e.* alba, *&c.* Ita ut prima vox ad lit. ſonet, the ſun's palace Angl. 2ª. Véro the white, It. la bianca.

L E N

L E N

LENIS. Ab Ar. lana. Gol. p. 2183.

L I L

LILIUM. V. *Lirio* Hiſp.

L I M

LIMARE, [ſeu Limo videre.] Ab Ar. lamah, ſtrictim furtimque vidit. G. p. 2160.

L I N

LINGO. V. *Arlecchino* It.

L O Q

LOQUOR. V. *Etymologia* Lat.

L U C

LUCANICA. Longaniza Hiſp. Linguiça Luſ. A Perſ. lacanah [naſalando primam in Hiſp. et Luſ. v.] *i. e.* farcimen, inteſtinum infarctum; cibus quidam ex omento, ac jecoris toſtis partibus in inteſtinum infarctis.

L U N

LUNA. V. *Lux.*

L U P

LUPUS. Lobo Luſ. Ab Ar. deb, lupus. Lit. *l* et *d* alternant. Vid. ſub v. *Lar*. Lat.

L U S

LUSCUS. Loſco It. louche Gal. a Perſ. luch. V. Caſt. 449.

L U X

LUX. Ab Ar. lah, pro lawh, micuit, ſplenduit; ex quo manat lawh, aer, ſplendor. Hinc fluxere Hiſp. luz, Angl. light, Lat. luna, &c. &c. Hinc Hibern. la' vel lae, dies, a lucendo nempe; id quod latuit Obrien in Hibern. Diction.

L Y R

LYRA, Lat. et Græc. ab Ar. nir, ſub quo extant ſequentes notiones: ſonum vocemve emiſit, ſonuit res, et etiam arundo *collective*. A ſono igitur Lyra dicta fuit. Convenit autem Ar. nir cum Perſ. ni, *i. e.* arundo, calamus, fiſtula pec. canora, ſeu cantatoria, ut ait Caſt. p. 540. De commutatione vero lit. *l* et *n* ſatis dixi ſub voce *Lirio* Hiſp. Quod autem attinet ad lit. *r* ſolet haec lit. addi vocibus, ut

Luſ.

Luſ. ganſo, Lat. anſer, Hiſp. anſar.
Orient. pronomina ni, ki, u, ego, tu, ille, apud Hurones ſunt nir, kir, uir.
Suev. ſior, Angl. ſea, mare.
Angl. London, It. Londra, Londinum.
Gal. joute, It. gioſtra.
Lat. perdix, Gal. perdrix, Angl. partridge.
Lat. tonatio et tonitrus, It. tuono, Gal. tonnerre, Perſ. tonder, Angl. thunder.
Ar. maddat, Lat. materia.

M A C

MACHINARI. Ab Ar. makr, machinatus fuit, excogitavit quid; et etiam dolos ſtruxit, fefellit. *N* et *r* alternant. V. ſub *Lirio* Hiſp.

M A D

MADERE. Ab Ar. math, ſub quo reperiuntur notiones liquiditatis, diſſolutionis, macerationis in aqua, et terræ per pluviam emollitæ. V. Caſt. p. 2052. Hinc derivantur Gal. moite humidus, quod eſt Angl. moiſt; mouette, quod eſt Angl. mew, Lat. Gavia, quia Sc. in aquoſis locis reperitur avis illa.

MAG

MAGNES. Vox hæc, non a Magneſia urbe derivatur, ut, propter ſimilitudinem ſoni, nonnulli putarunt; ſed a primitivo *ma* magnitudinem et excellentiam ſignificante, quæ notio aſſervatur in Perſ. mah, magnus, [vid. Caſt. p. 516] et in Ar. *ma*, id quod, quid quid, magnum, laudandum, et egregium quid, quid quid exiſtit per excellentiam. Unde tanquam adverb. vel interject. ſignificat quam præclarè egregiè, quam benè. Magnes igitur, *i. e.* excellens, ſeu eximium quid, per excellentiam fuit appellata; eodem modo, quo ab Ariſtotele *petra* per excellentiam fuit dicta, ut patet ex illius libro, cujus titulus eſt de Petra, qui quidem Græcè non extat, ſed tantum Arab. illius verſio. Tituli tamen mentionem facit Diog. Laert. Nec negotium faceſſit lit. *g* in v. Ma-gnes, ſolet enim hujuſmodi lit. affigi vocibus, ut in

Lat. amarus, Hiſp. amar-go, Luſ. amargoſo.

Má-gnus, à primit. *ma*.

Suev. brygga, à bro, pons, Angl. bridge.

Bygga à bo, habitare. Mygga, à mu, culex.

Trygg à tro, fidelis, &c. V. Gloſs. Clar. Ihre.

MAGNUS. Vid. *Magnes* Lat.

M A J

MAJESTAS. Maeſtà It. majeſty Angl. Affinitatem habent cum Ar. majed ſuperavit alium gloria ; et tanquam nomen honos, decus generis a majoribus ad poſteros tranſmiſſum.

M A L

MALVA Lat. et Hiſp. mallows Angl. forte ab Ar. maluchia idem ſignificante. V. Caſt. p. 2070 et ſeq. Ab inſipiditate vero ſic dictam conjicio ; quæ notio reperitur ſub Ar. v. malch. Miror igitur Arabes Nomades malvis elixatis et lacte per multos menſes veſci. V. Gazophil. Ling. Perſ. ſub v. *Malva*.

MALUM. Mal Hiſp. ab Ar. et Perſ. mall, tædium, faſtidium, moleſtia, paſſio animi. Ex quo manavit mollal, calor febrilis, dolor, cum quis ſe inquietus in lecto de latere in latus verſat præ mærore vel morbo. V. G. p. 2255.

Malum [fructus]. V. *Montone* It.

MALUS. V. *Balire* It.

M A N

MANDILE. Ab Ar. *Mendil.* Gol. p. 2205.

MANE. V. *Immanis.*

MANERE. A Perſ. man-dan, et hoc ab Ar. madana.

MANGONIUM, mango. Ab Ar. maganat, deceptio, fraus. V. Gol. 776.

MANNA. V. *Immanis.*

MANIA [morbus.] Ar. mania. Caſt. 2089.

MANUS. V. *Immanis.*

M A R

MARGO. A Perſ. marg, lines, conſinia.

MARMOR. A Perſ. marmar. Caſt. 507.

MARTELLUS vel Martulus. V. *Beetle* Angl.

M E D

MEDICUS. Apud Orientales eadem vox, quæ ſapientem, doctum, ſagacem ac ſolertem indicat, Medicum quoque ſignificat. Vide *Natiſs* apud Goll. p. 2394. *Arraf*, ſacerdos, ariolus, medicus, quaſi cognitor et explorator p. 1562, *hakim*, ſapiens, ſciens, doctus, philoſophus, medicus, p. 638. *Tabib*, gnarus, ſolers, et medicus, p. 1437. Notum præterea eſt apud Europeos Medicos Doctoris nomine inſigniri appellarique. Fieri igitur potuit, ut vox hæc ab ab Ar. *madd* fluxerit, cujus primaria vis ſita eſt in

in extenſione et comprehenſione. A vaſtitate igitur ſcientiæ naturalis qua pollent Medici ſunt appellati. Vel ſi mavis [quod magis probo] quia auxilio juvant, ſuppetias veniunt, eorundemque ope diuturnitatem vitæ hominibus addit Deus. Quæ notiones ſub eodem Ar. v. etiam reperiuntur. Hinc *medeor* derivatur.

MEDIUM. V. *Meyo* Luſ.

MEDULA. V. *Meyo*.

M E L

MELONGENA. A Perſ. badingian. G. 164.

M E N

MENDAX. Ab Ar. man idem ſignificante. V. Gol. 2284. Nec negocium faceſſere debet lit. *d* in fine Lat vocis. Nam ſolet hæc lit. attrahi a lit. *n*, ut ex ſeq. patet.

Lat. gener, Gal. gendre.
Cineres, cendres.
Tener, tenre.

Græc. teinô, Lat. tendo.

Angl. man, apud Danos mand, homo.

Ab Angl. to ſpin *nere* derivatur ſpindle, quod eſt Germ ſpindel ab antiquo ſpinnel, fuſus.

It. et Lat. finire, Luſ. findar.

Lat.

Lat. quando, Perſ. chon, quod eſt Angl. when, &c.

MENTIRI. Ab Ar. man mendax fuit. V. Mendax. Non enim lit. *n* minus attrahit unam dentalem *d*, quam alteram *t*. Ab eadem quippe radice Celt. *can*, *i. e.* albus [quæ exiſtit in Britannia inferiore et Cornugalliae, necnon apud Andes, apud quos *choine* eſt panis albus] fluunt candidus, canutus, &c. Sic pariter dicitur

It. conte, Luſ. conde.

Lat. bonitas, Luſ. bondade, It. bontà.

Æternitas, ſanitas Lat. eternidad, ſanidad Hiſp. *&c. &c.*

M E R

MERENDA. V. Meyo Luſ.

M E T

METIRI. Ab Ar. et Hebr. madd, menſura.

M I L

MILLIARE. It. miglio. Ab Ar. millon, quod eſt Perſ. mil. V. Gol. p. 2283. Caſt. p. 519.

M I S

MISCERE. Ab Ar. meſhg, vel mezg, idem ſignificantibus. V. Gol. p. 2221, et 2229.

Hinc

Hinc derivantur Hiſp. meſclar; It. meſcolare; Gal. meſler, [nunc meler] Angl. to mix.

M I S

MISSA. Maſs Angl. Meſſe Gal. Puto originem hujus vocis deducendam eſſe ab Ar. v. aſh, vitam duxit. Ex quo manarunt aiſh [quod eſt eſca Lat.] eſca; necnon *miſhat*, *i. e.* victus, res ad vitam ſpectans et neceſſaria. Miſſa igitur appellatum fuit [*i. e.* cibus, eſca, victus] per excellentiam ſacrum illud convivium corporis et ſanguinis Domini, ex quorum manducatione et potu, vitam æternam conſequuntur fideles. Eamdem ob cauſam Euchariſtiæ appellatio quoque recepta fuit. V. Euchariſtia, et Gol. p. 1678.

M O L

MOLA. Ab Ar. malat idem ſignificante. V. g. 2186. Hinc Angl. mill, et Germ. muhl.

MOLLIS. Ab Ar. malas, mollis fuit.

M U L

MULGEO. To milk Angl. mungir Luſ. mugnere It. ab Ar. melg, ſuxit lac. Accedit Perſ.

muni-dan, mulgere. V. Gol. p. 2257 et Caſt. 515.

MUN

MUNUS. V. *Immanis.*

MUS

MUS. A Perſ. muſh.

MUSCA. Affinitatem videtur habere cum Perſ. magas, facta metath. V. Caſt. p. 212.

MUSÆ, ſive Novem Sorores, quæ Deorum praeclara facta canebant et victorias. CL. Gebel. vocem hanc derivat a Dorica môa, cantus triumphalis, victoria; ac, ut corroboret hujuſmodi etymologiam, affert etiam Ar. v. moua, myaulizavit, ſeu vociferata eſt felis; etſi vociferatio ingrata felis aegrè concinat cum ſuavi Muſarum cantu. Ego vero, ſi conjecturam facere licet, [nam quæ mox dicam plane conjecturalia ſunt] potius ſuſpicor originem hujus vocis ab Ar. *h-ms* eſſe repetendam, quæ ſignificat *ſtrenuus valde fuit in prælio; mutuo decertarunt, et reſtitit durior.* Hinc manarunt

Hamaſat, audacia, ſtrenuitas, et etiam carmen recentius conditum, poſtquam Arabes Barbaris ſunt permixti.

Al-

Al-hamaſa, nomen libri, antiquorum apud Arabes Poetarum excerpta continentis, ac ita appellati, quia in illo Arabicorum Bellatorum victorias, atque heroica facta Poetæ canunt.

Hems, quidam ita appellati, quorum lingua Arabica puriſſima erat ac elegantiſſima in Mecca; proindeque Muſis, ac illis, qui cum Muſis commercium habent, aptiſſima.

Denique *hams*, vox, ſonus. Appoſitè igitur Muſae, ſic ſunt vocatae, quia, nempe, ipſarum voce, Deorum, Heroumve illuſtria facta, ac victoriae ſonabantur. V. Caſt. p. 1285.

Literas igitur *m* et *ſ* in v. muſae et Graeco muſa radicales eſſe puto. *H* vero Ar. v. *h-ms* excidit, ut in

Lat. Ædis et ircis pro haedis et hircis. Vid. Quintil. L. 1. C. 5.

Felicitas, ab Ar. falah.

Metallum, ab Ar. mehl, vertendo *h* in *t*.

Traho, It. trao.

Abhorrere, comprehendere, It. aborrire, comprendere.

Nīl, nilum, pro nihil, nihilum.

Lamia, ab Ar. lahm. V. *Lamia*.

Hybernare, hybernus, It. vernare, vernal.

Haereditas, It. eredità, ereditaggio, et retaggio.

Ho-

Lat. Horologium, Gal. reloge, It. orologio et oriuolo.

Hordeum, Gal. orge; It orzo.

Honos, horror, &c. It. onore, orrore, &c.

Luſit. cahir, Hiſp. caer; cadere.

Almotaſel, ab Ar. almohtaſeb, cujus finalis *b* vertitur in *l*; et *h* penitus excidit in Luſ. voce.

Gal. ombre, ab Hiſp. hombre, homo, quia Sc. luſus ille vitae humanae eſt veluti repraeſentatio.

Louis, quae v. antea ſcribebatur Chlovis, Clovis, et Hlovis.

Iſland. hreindyr, Gal. renne, Angl. a rain-deer.

Anglo-Sax. hlafe, Ruſſ. hlieb, Angl. loaf, panis.

Hraefen, Angl. raven, corvus.

Hracode, Angl. rag.

Hnaep, Gal. hanap crater, Germ. Nap. ſcutella.

Angl. to-morrow, vel the morrow, ab Hebr. mhr. cras.

Gule, Iule, vel Hiule. V. *Gule-block*.

It. Omicida, omicidiale, vel micida, et micidiale.

Emorroidale, emorroide, vel moroidale et moroide, a Lat. haemorrhois, &c.

MUSICA. Muſicar Perſ. Caſt. 515.

M Y R

MYRRHA. Ar. murr.
MYRTUS. A Perſ. murd. V. *Gazophil.* L. Perſ. et Caſt. 514.

N A P

NAPHTHA. Ab Ar. Nepht: Gol. 2425.

N A R

NARCISSUS. Ab Ar. et Perſ. narchis. G. p. 2345.
NARES. Ab Ar. naar, ſonum emiſit per nares. Unde manavit naurat, nares, earumve interſtitium. V. Gol. 2405.

N A T

NATES. Nalgas Hiſp. natiche It. Ab Ar. nautat idem ſignificante; quia Sc. ſuſpenſæ ac pendulæ ſunt. V. Gol. p. 2484.

N A V

NAVARE. Ab Ar. naf ſedulus vel diligens fuit. G. 2286. Vid. etiam *Neif* Gal.

N A U

NAULUM. V. *Nolo* It.
NAUTA. Ar. nauti. Gol. p. 2478.

N E C

NECARE. Ab Ar. naca, affecit nece, vel noxa. Hinc manat quoque nocere. V. Gol. p. 2457.
NEC-TAR. Ab Ar. nac, nece afficere, et primit. tar, cujus notio aſſervatur in Ar. dara [3ª. hamzata] repulit; erit igitur v. nectar ad lit. mortem repellens, ſeu immortalitatem largiens. Forte ab Ar. dara fluxit Angl. to drive, pellere, repellere.

N E G

NEGOTIUM. Negocio Hiſp. Forte ab Ar. nagiah, expeditum fuit negotium. Ex quo manavit nagih, proſperi ſucceſſus negotium et tandem angiah, utilitas. V. Caſt. p. 2024; et Gol. 2309.

N E R

NERO, nervus. A Perſ. nirw, *i. e.* potentia, robur. A primit. Sc. nar, [quod aſſervatur in Perſ. L.] *i. e.* mas cujuſcumque ſpeciei, etiam humanæ. V. Caſt. p. 541. 527. Hinc naridan, magnum eſſe. V. Caſt. p. 521. Hinc tandem vox Naires, [in Malabar] *i. e.* Nobiles, quia potentes ſunt, opulenti, proſperi, &c. quæ notiones ſunt Perſ. v. niru-mand, nempe, validus, robuſtus, dives, &c.

N I G

NI-GER. Vox compoſ. ex negat. ni et Celt. gar, vel ger, *i. e.* luminoſus; quæ notio proſtat quoque ſub Ar. har, candidus, ſeu nitens fuit, intenſa albedo fuit; [Gol. 664] quinimo et ſub Chald. et Syr. hur. V. Caſt. 1772 et ſeq.

Porro initiales *g* in Celt. gar, et *h* in Ar. hrar alternant, ſicut in

Hiſp. gueſped, Lat. hoſpite.
Gueco vel hueco, cavus.
Guevo vel huevo, ovum.
Helada, Luſ. geada, gelu, It. ghiaccio.
Hueſſo, vel gueſſo, oſſe.

Præterea

Præterea Galba apud Celtas, ut ait Suetonius, pinguem hominem indicabat; apud Hebr. vero *khalb* pinguedinem ſignificat. Tandem iidem Hebr. dicunt

Homorre et gomorrhe.
Hueibal et guebal.
Phehor et phegor.
Sohor et Sogor, quæ omnia ſunt locorum nomina.

Graec. galè [muſtela Lat.] eſt Hebr. halad, et Chald. kulada.

N I T

NITRUM. Ab. Ar. nitron. Gol. p. 2394.

N O

NOCERE. V. *Necare*.

N O M

NOMEN. Perſ. nam.
Angl. noun, et name, quod eſt etiam Germ. Suev.
Graec. o-nom-a.
Dan. naffn.
Ind. naom.
Hiſp. nom-bre.
Goth. namo.

Suev. namn.
Finland. nimi.
Iſland. nafn.
Anglo-Sax. nama, &c.

N O N

NON. Nah Perſ. mè Græc. la Arab. res eſt notatu digna tres Sc. liquidas *l*, *m*, *n*, apud Orientales, Græcos et Latinos negationi inſervire. Græc. v. me eſt etiam interrogativa Arab. ma, quid? quidnam?

N O V

NOVUS. A Perſ. now, novus, nuper, recens, noviter factus.

N U B

NUBES. A Celt. neb deſignante altitudinem et eminentiam. Unde cœlum quoque neb vel nef appellarunt. Porro cum hujuſmodi notione convenit Ar. naf, eminere. Gol. 2493.

N U D

NUDARE. Ab Ar. nad, exuit, detraxit veſtem. V. Gol. p. 2391.

NUG

NUGÆ. Si vox hæc proprie ſignificat [ut ait Voſſius] carmina à Præficis cani ſolita in laudem mortuorum, quod inſtitutum primum ab Oriente ad alias gentes tranſiit; dubium non eſt vocem hanc derivari ab Ar. naha plangere, ex quo manarunt nauh planctus, et najahat, Praeficae, quarum lachrimae, quid aliud niſi nugae ſunt? Porro ex eadem Ar. voce, à qua etiam manavit monahat, *i. e.* lamentatio, forte derivatur Angl. moan, planctus, luctus, ejulatio. V. Caſt. p. 2243.

NUN

NUNC. Now Angl. a Perſ. nun vel acnun. Caſt. p. 538.

NUT

NUTARE. Ab Ar. nad, nutavit, vacillavit, pec. prae ſomnolentia, dormitando in partem aliquam inclinavit. Convenit cum Hebr. nut, et alia Ar. voce naut vacillatio. V. Caſt. p. 2240, 2243, 2256. Hinc fluxit Angl. to nod.

O B E

OBEDIRE. Ab Ar. abadat, Obedientia. G. p. 1511.

O B R

OBRYZUM. Ab Ar. abrizon, aurum puriſſimum. Gol. p. 4.

O B S

OBSCOENUS. V. *Cœnum.*

O C Y

OCYMUM. Ozzymo It. Ab Ar. okimum. Gol. p. 186.

O P E

OPERARI. Obrar Hiſp. Ab Ar. bar, formavit, creavit. [V. *Brennas* Hiſp.] prefigendo lit. *o*, ut in

Græc. O-belos, à belos.
O-bryzon ab Hebr. ber.
O-donto, à dente.
O-noma à nomine.

O-kros

Græc. O-kros, Lat o-cra à kar, vel kra, ruber.
O-beliſcos, Lat. o-beliſcus à bel, ſol.
It. O-triaca, vel triaca.
Polon. O-gradzam includere ; a grodza ſeptum.
Illyr. O-bliditi pallere ; a blid pallidus.

O P H

OPHIACA ſive ad viperas pertinentia. A Græc. ophis, quod eſt Ar. et Perſ. afi, necnon Egipt. hoph, et Hebr. a-phoe, *i. e.* vipera. Gol. 1813.

O P I

OPIUM. Ab Ar. afiun. G. 1841.

O R Y

ORYZA. Ab Ar. aroz. Hinc quoque manarunt Hiſp. et Lut. arroz ; It, riſo ; Angl. rice.

P A L

PALATIUM. Ab Ar. balad, domus, pars terræ habitata.

Pa-

PALUDAMENTUM. Ab Ar. falut, parvum et anguſtum indumentum. G. p. 1820.

P A R

PARCÆ. Nomen imaginum trium mulierum albis veſtibus indutarum, ſuper thronos ſedentium, floribus Narciſſi coronatarum, nendi tandem ac texendi inſtrumenta habentium. An non eò collineabant hujuſmodi Hieroglifica, ut nempe nendi ac texendi artes commemorarent, commendarent, alerentque demum ac promoverent Ægyptii? Parcæ igitur fuerunt imagines illæ appellatæ a voce *parc*, quae forte apud Ægyptios idem ſignificabat ac Perſ. *parche*, *i. e.* pannus.

PARERE. V. *Brenhas* Luſ.

PARTIOR. V. *Fretum*.

P A S

PASSER. V. *Sparrow* Angl.

P E L

PELASGI. Græci vocem hanc a Pelaſgo Arcadiae Rege derivarunt; Strabo a Graeca

v. pelargos, *i. e.* ciconia, quia Sc. ad inſtar ciconiarum diu hac illacve vagati ſunt; Fourmont ab Hebraea quadam voce diſperſionem ſignificante; alii a Graec. pelagos, *i. e.* mare; et nuper Cl. Gebelin a Celt. pel, altus, et laſg mons, quia, nempe montibus Pelaſgia abundat, unde Pelaſgi, ſeu monticolae appellati ſunt populi illi, deduxerunt ejuſdem v. originem. Vix, fateor, inter tot derivationes, novam proferre auſus eſſem, niſi ſaepenumero mecum cogitaſſem Pelaſgos, cum de tranſeundo ex Aſia in Thraciam, Macedoniam, &c. conſilium cepere, conveniſſe, ac in faedera coiviſſe,* ut alternis alter alteri preſto eſſet, manuſque commodaret in itineribus, laboribus, periculis atque auſis. Porro ſub. Arab. et Æth. v. Laſc extant notiones ſocietatis, arctae conjunctionis, faederis, adheſionis, individui ac lateri adhaerentis ſocii, copulationis, *&c.* V. Caſt. p. 1958, et Gol. p.

---

* De hujuſmodi tranſmigrantium colonorum more unum duntaxat exemplum proferam, idque verbis Cl. Abb. Millot, T. vii. Hiſt. mod. p. 121. Pizarro, Almagro, et un prêtre nomeé luquez, ayant entendu parler du Pérou, formerent enſemble le deſſein de l'envahir. Les ſarmens, les cérémonies religieuſes cimenterent leur union, juſqu'a ce que la jalouſie les pût diviſer, comme il arriva bien-tôt.

2129.

2129. Nec obſtat hujuſmodi derivationi initialis lit. *p* vocis Pelaſgi. Eſt quippe illa artic. Or. *pe*, qui præfigi ſolet [quemadmodum et artic. *l* vid. ſub voce *Lemures*] ad majorem ſignificantiam, vel ad generalem vocis ſignificationem reſtringendam, ut in Ægypt. pi-rhé, *i. e.* ſol ; in cujus locum AEgyptii ſubſtituere quoque *ph*, ut in Pha-rhao, *i. e.* rex. Prima nanque v. ſonaret ad lit. Anglicè the eye, vel the chief ; 2ª. vero the ſeer, Gal. le voyant. Erit ergo v. Pelaſgi ad verb. fædere obſtricti, fæderati, quod Angl. diceretur the confederates, It. *i* confederati. Vid. etiam ſub v. *Rex*.

De Gebel. etymologia [nam reliquæ vix dignæ ſunt quæ confutentur] aliquid dicendum ſupereſt. Illius verba ſic ſe habent : les habitans de cette contrée, [Pelaſgi nempe] n'etant pas nés du ſol même, et étant deſcendus des Colonies Orientales, durent y entrer néceſſairement par l'Helleſpont, bras de mer fort étroit entre l'Europe et l'Aſie : et qui laiſſoit appercevoir aux peuples de l'Aſie Mineure, trop à l'étroit, un continent agréable qui les inuitoit à venir s'y etablir, et qui n'exigeoit pour cela que quelques mauvais radeaux ; puiſque pluſieurs ſiecles après, quinze mille Cavaliers Bulgares eurent le courage

rage de le paſſer à cheval, ſans le ſecours de barques ni de radeaux. Qua igitur anſa Pelaſgiæ nomen, [id eſt montanae regionis, ut ipſe interpetratur] terrae illi indidere, ſi delectabilis ea viſa fuit, eoſdemque ad ipſam incolendam alliciebat? Deinde conjicit idem Cl. vir, eoſdem colonos, poſtquam Helleſpontum trajecerant, in Thraciam, ubi montes Hemus, Rhodope, &c. extant, nequaquam iter perrexiſſe; ſed contrarium curſum petiviſſe, deſcendiſſeque per meridionalem Danubii ripam, occidentem verſus. * Et vero fugientium incolarum ac preterritorum, minime vero tranſmigrantium colonorum, in montes ſe recipere mos eſt. Unde ergo Monticolarum nomen acceperunt? Paucis quod conjicio complectar. Tota Græcia nomen ſumpſit ab illa regione, cujus incolis, Pelaſgi Rhaicorum, *i. e.* Graecorum nomen impoſuere. V. ſub v. *Græcia*. Tota vero Pelaſgia ab eiſdem Pelaſgis, *i. e.* faederatis Colonis, ſic fuit appellata, qui Helleſpontum trajecere; quique haud multo poſt quatuor Jouni filios, Tharſim, Eliſam, Ke-

* Ces colonies repouſées du Nord par le Danube . . . . n'eurent de reſource que de s'étendre le long de la Rive Méridionale du Danube, juſqu' à la Mer Adriatique.

tim,

tim, ac Doranim, [ſic enim, non vero Dodanim legendum, ut ipſe Cl. Gebel. oſtendit] in Thracia, Elide, Ketim, *i. e.* Getia, [vel Ma-cedonia, *i. e.* Magna Getia] ac Doride, ſeu Græciâ proprie dicta, uno verbo, Pelaſgia inhabitarunt.

Quodſi Ægypt. art. *pe* voci laſc, quæ Aethiop. et Ar. eſt, præfixere, mirum id eſſe non debet; nam etiam Arabes addito articulo ſuo *al* pleraque Græca ad morem ſuum interpolarunt; ut liber Ptolomæi eſt Almageſtus. Vid. Scalig. in Cul. Virgilii, Pancirollum Tit. vii. et Voſſ. de vit. ſerm. p. 174. Eo vel magis, quod id facile in v. Pelaſgi contingere potuerit, quia Aeth. L. articulo caret; vel quia Ar. art. vitavere, ne duæ ſimiles concurrerent literae. Porro ex notionibus unionis, copulationis, &c. deſignatis a v. Pelaſc. fluxere fortaſſe Hibern. bloſc, congregatio, phleaſg vel fleaſg *i. e.* faſcis.

P E R

PERSICA duracina. V. *Duracina* Lat.

P E S

PES. Pa Perſ. quae vox per onomatop. fuit formata, a ſono, nempe, pedum, cum ambulamus. Hinc bao, et bado Græc. vado lat. quinimo et

Or. boa, ba. V. Caſt. p. 298 et ſeq. Græci pous podos dixerunt; Teuthon. vero fot, fuſs, unde Angl. foot, necnon Lat. po-mœrium [ex quo proſimurium] compoſita vox ex po *i. e.* pes et mœrium, murus, *i. e. ad pedem muri.* Supple locus.

P E T

PETROSELLO. V. Petro-ſelinum Lat.

P I C

PICCARO. V. Picaron Hiſp.

P I E

PIEGARE, piega, pieghevole, &c. a Lat. plicare; ſed hoc derivatur a Perſ. *pigi-dan*, vel *pichi-dan*, i. e. complicare, corrugari, contorquere, convertere, obvolvere, involvere, obligare, congregari, convenire, &c. V. Caſt. p. 157, et Gazoph. L. Perſ. p. 290. Creberrima ſane eſt interjectio lit. *l*, de qua vide exempla ſub v. Cera It. Præterea cum, ut alibi oſtendi, lit. *l* et *r* alternent; ex eadem ſcaturigine fluxere. Hiſp. Plegar, plicare.

Pliegues, Luſ. préga, plicatura; Gal. pli. Hiſp.

Hiſp. pliego, papyri folium.

It. plico, vel piego, Luſ. prego, faſciculus literarum.

Angl. to ply torquere, flectere; ply, plica, vel plicatura.

To plait, plicare, complicare.

To pack, faſciculo colligare, in faſcem compingere.

Pack, faſcis, et etiam conventus.

To fold, plicare, complicare, involvere. Nam initialis vocis hujus, nempe *f*, et initialis vocis Perſ. ſc. *p*, alternant. De poſtrema vero lit. v. Angl. [nempe *d*] notum eſt eam cum *g* commutari, quæ eſt ultima radicalis voc. Perſ. pigi-dan. [nam *dan* eſt terminatio infinitiva verborum Perſicorum] v. gr.

Lacedæmones dicebant *da* pro *ge* terra.

Græc. demeter pro gemeter [Cereris nomen] i. e. ad lit. *terra-mater*.

Macedonii et Cretenſes dicebant *adia* pro *agia*, ara.

E contrario moderni Græci pro *dia* dicunt *gia*. V. du Cange Gloſſ. Græc.

Hiſp. golphin, Lat. Delphinus, Gal. dauphin.

Nadar, Gal. nager, natare.

Hiſp. gamo, Lat. dama.
Lat. hordeum, It. orzo, Gal. orge.
Rodere, Gal. ronger.
Hodie, It. oggi.
It. Ragunare et radunare, congregare, &c.
Hinc tandem fluxit Lat. po-ples, facta repetitione primæ lit. ut in *cu-cumis Do-dona, iden-tidem, &c.* Vox enim *poples* ad lit. eſt plicatura. Quapropter It. partem illam corporis vocant *garetto*, et *piegatura interiore del ginocchio*; & Hiſpani *corva*, &c.

P I E

PIENO. V. Cheo Luſ.

P I G

PIGNATA. V. ſub v. Camus.

P I L

PILOTO. V. Piloto Hiſp.

P I S

PISCIO Piſs Angl. a Perſ. piſhan. V. Caſt. p. 161.
PISTACCHIO. Piſtacho Angl. piſtache Gal. ab Ar. feſtak.

P L I

P L I

PLICO. V. Piegare It.

P O R

PORPORA. V. Purpura Hiſp.

P O Z

POZZO. V. Puteus.

P R A

PRANZARE. V. Bread Angl.

P R E

PREGARE. V. Precor.

R A G

RAGAZZO. Puto eſſe v. *garzone*, facta metath.

RAGGIO: V. Radius.

R A P

RAPERONZOLO. V. Raiz Hiſp.

R E G

REGOLIZIA. V. Raiz Hiſp.

R I C

RICAMARE. V. Recamar Hiſp.
RICCIO. V. Hériſſon Gal.
RICCO. V. Riqueza Luſ.

R I F

RIFUSARE, riſiutare. Refuſer Gal. rehuſar Hiſp. recuſar Luſ. to refuſe Angl. ab Ar. rafaz, reſpuit; quæ Lat. v. etiam ab Arab. videtur derivata per metath. V. G. p. 1015.

R I S

RISO. V. Arroz Luſ.

R O Z

ROZZO. V. Rudis Lat.

R U C

RUCHETTA. V. Eruca Lat.

S A L

SALA, It. et Luſ. Hæc vox convenit nedum cum Lat. aula, ſed etiam cum Angl. et Teuton. hall. V. *Balire* It. Derivantur enim ab eadem primit. *hal*. De Angl. et Teuton. voce jam alibi verba feci. Quod attinet ad hanc, quam præ manibus habemus, omnino ab eadem primit. *hal* derivandam puto. Alternant quippe fæpiſſime *h* et *ſ*, ut patet ex ſequentibus

Græc. hel-ios, ſol.

Helene et ſelene, luna.

Hals, ſal.

Helice, ſalice, Gal. ſaule, Luſ. ſalgueiro. Hæc omnia fluunt ex primit. *hel*. Vid. infra.

Hall-omai, ſalio, Gal. ſauter, It. ſaltare.

Hex, ſex.

Hepta, ſeptem, Perſ. hafta, Hungar, het.

Huo, ſudo, Luſ. ſuar.

Hup-o, ſub.

Huper, ſuper.

Hurax, ſorex, It ſorcio, Gal. ſouris.

Celt. Hen-ior, ſen-ior, Hiſp. ſennor, Gal. ſeigneur.

Cambr. ſeu Vall. chwaer, Perſ. chuaher, Gal. ſoeur, Lat. ſoror, &c.

Non igitur *ſol* ita dictus, quia ſolus in orbe, ſed à primit. *hel*, lucidus, quod aſſervatur in Hebr. et Arab. halla, i. e. luxit, ſplenduit. Eo vel magis, quia Var. l. 4. de Ling. Lat. aſſerit ſolis nomen non eſſe Latinum, ſed Sabinum. Tandem in Cambria, ſeu Vallia ſol appellatur *haul*, retenta ſc. aſpiratione primitiva. Hinc porro [facta commut. lit. *l* et *n*, de qua multa in hoc ſpec. exempla attuli] derivantur Angl. *ſun*, Germ. *ſonne*, et apud Cimmerios *ſune*, i. e. ſol.

S A N

SANARE. V. Sanna Lat.

SANNA vel zanna. Ab Ar. ſannon, dens. Hinc fluxere Gal. ſanglier, et It. cinghiale. A dentibus igitur ſic dictum animal hoc, quemadmodum *aſinus* ab auribus, *lepus* a labio, &c.

S A P

SAPONE. Angl. ſoap. Ab Ar. ſabun. G. 1328.

S A R

SARACINO. V. Saracenus Lat.

S A T

S A T

SATANASSO. V. Satanas Lat.

S C A

SCAGLIA. V. Squama It.
SCALA. V. Calheta Luſ.
SCARLATTO. V. Scarlet Angl.
SCARSELLA. Ab. Ar. carz, pera, vel ſaccus. V. Gol. p. 2019. It. vox diminut. eſt habetque præfixam *ſ* ut aliæ quamplurimae. V. Scamander.
SCARSEZZA. Ab Ar. cas, magna avaritia. Prefixa, nempe, ſibil. *ſ*, et interjecta lit. *r*, ut ſaepe alibi in hoc ſpec. monui. Hinc manarunt Luſ. eſ-caſſo, et Hiſp. eſ-caſo, miſer, avarus. V. Gol. 2086.

S C H

SCHERNIRE. V. Eſcarnecer Luſ.
SCHIAVO. V. Vaſſallo Hiſp.

S C I

SCIAMO. V. Amaſſare It. et examen.
SCIMITARRA. V. Scymitar Angl.
SCIROCCO. Hiſp. ſiroco, ab Ar. ſhurok. V. G. p. 1275.

S C O

SCOGLIO. V. Calhao Luſ.

S C R

SCROFA. V. To carve Angl.

S E G

SEGNO. V. Signum.

S E N

SENTIERO. V. Semita Lat.

SENZALE. Ab Ar. et Perſ. ſemſar, proxeneta. Gol. p. 1213, et Caſt. p. 350.

S E P

SEPPIA. V. Sepia Lat.

S E R

SERENATA. V. Siren Lat.

SERRAGLIO. A Perſ. ſerai, domus, palatium, regum et magnatum ædes, earumque partes. Unde ad Turcici Imperatoris palatium indicandum deſignata fuit vox illa, in quo illius pellices recluduntur. Niſi mavis ab Ar. *ſarr* vocem illam derivare, ſub quo reperiuntur ſequentes notiones:

notiones: clanculum aluit, et cuſtoditam habuit puellam; unde ſorreat, i. e. pellex, ancilla, puella ære empta, quam quis clanculum habet, et in conclavi cuſtoditam; quae etymologia magis mihi arridet. V. G. 1160, et Caſt. 335.

S F R

SFREGIO. V. Fregio It.

S I R

SIRE, It. et Gal. Sir Angl. Hic titulus derivatur ab Ar. defectivo *ie*, ſc. ſar, liberalis et generoſus fuit, ex quo manat *ſari*, princeps, dominus, necnon Perſ. ſar, i. e. dux, magnus, ſummus. Vel, ſi mavis, ab Ar. ſir, i. e. decus et ornamentum proſapiæ et gentis, præſtantiſſima pars populi. V. Gol. p. 1169, 1161.

S M E

SMERIGLIO. V. Eſmeril Hiſp.

S O M

SOMARO. Ab Ar. hemar: aſinus; *h* et *ſ* alternant. V. Sala It.

S P I

SPIEDO. V. Eſpeto Luſ.

S T A

STALLA. V. Stabulum.

S T U

STUFA. Stove Angl. etuve Gal. eſtufa Hiſp. Sunt qui derivent vocem hanc ab Ar. dafi, caluit, calefactus fuit. V. Gol. p. 841. Mallem tamen illam deducere ex Perſ. tab, i. e. ardor, calor; ex qua manarunt verb. tabi-dan, fervere, fervidum reddere, candefacere, ſplendere; et tab-ſtan, i. e. æſtas; et tandem Græc. tuphô incendere, calefacere. Quod attinet ad praefixam lit. ſ, vid. ſub To carve Angl.

T A C

TACCUINO. Ab Ar. takuim, directio, repertorium, commentariolum. Gol. p. 1985.

T A M

TAMANTO. V. Manter Luſ.

T A N

TANA. V. Tenere.

T A R

TARGA. Targe Gal. target Angl. a-darga Hiſp. Ab Ar. dark-t, ſcutum ex ſolido corio. G. 820.

TARIFFA, i. e. æſtimatio, indicatio, taxatio, ab Ar. *tarif*, quod eſt infin. ii. conj. a v. *araf*, i. e. indicavit, notum fecit.

T A S

TASTO. Ab Ar. daſtan, ligatura in collo inſtrumenti muſici. Sed tamen Ar. v. eſt a Perſ. daſt manus, quae huic vel illi impoſita chordae variat tonos. Porro ex hac Perſ. voce manarunt taſtare, taſtone, tatto It. necnon Gal. tater, tatonner, a tatons, &c. quia ſc. manibus contrectamus, eaſque protendimus cum iter in tenebris raetentamus. Hinc quoque forte manavit Angl. daſh ictus ; quia manu impingitur.

T A Z

TAZZA. Gal. taſſe, Hiſp. taſa. Ab Ar. Perſ. et Turc. tas, poculum, ſcyphus. Gol. p. 1490.

T E G

TEGAME, vel tegghia. Ab Ar. et Perſ. tagn, ſartago. G. p. 1443.

T E T

TETTA. Ab Ar. thedi vel ted, quod eſt Hebr. dad, mamma. Hinc quoque manarunt
Graec. tithos.
Anglo-Sax. titte.
Theuton. dutte, vel tutte.
Georg. ziza, quod eſt It. zizza.
Hiſp. teta.
Angl. teat.
Hungar. tſets.
Armen. did.
Valach. tzitza:
Alban. ſiſſa.
Polon. cyc, vel cycel.
Goth. dad.

T O N

TONACA. V. Tunica.
TONNO, tonnina. V. Atum Luſ.

T U R

TURBANTE. Turbant Angl. a Perſ. dolband, ſtrophium, faſcia.
TURCIMANNO. Angl. et Gal. trucheman. Ab Ar. torgeman, interprcs linguæ. G. p. 376.

V A L

VALIGIA. bolgia. A Perſ. valichè ſaccus magnus. Hinc quoque manarunt Gal. valiſe, et Lat. bulga. V. Caſt. p. 553.

V A S

VASSALLO. V. Vaſſallo Hiſp.

U O S

UOSA. V. Caſa Lat.

ZAN

ZANNA. V. Sanna It.

ZAR

ZARA. Ludus in quo tres teſſerae projiciuntur. A Perſ. zar. Vid. Gazophil. Ling Perſ. p. 83. Ex Actis inter Bonif. VIII. et Philip. Gal. R. conſtat vocem *azardus* ſignificare, ſec. xiii. xiv. &c. nedum teſſeram, ſed etiam ludum ipſum. Ecce verba: "Le même dépoſa que dans la même année, et dans le même lieu, il avoit vu le dit Boniface jouer [ad Azardos] aux dez avec ladite Dame, & il vit que leſdits dez [Azardi] étoient pointés d'or." Vid Azar Hiſp.

ZEC

ZECCA. Forte ab Ar. ſiccat, typus monetalis; quia ſc. ibi ſignatur moneta.

ZIB

ZIBETTO. V. Zibethum Lat.

ZIBIBO. Ab Ar. zabib. G. p. 1073.

Z I M

ZIMARRA. Samarra Luſ. Ab Ar. Sammor, quod eſt Turc. ſamour, pellis muſtellae Scythicae; et pellicea veſtis ex illa facta. Hinc poſtea quælibet pellicea veſtis ſic fuit appellata.

Z I N

ZINGANO, vel Zingaro. Sigano Luſ. Gens iſta ſic dicta videtur quia ex Singara Meſopotamiae monte, aut ex Singara urbe, nempe, ad pedem ejuſdem montis, et ad ripam Tigridis ſita, primo venit. Vel ab Ar. zamar, fidicen, cujus faem. zamerat idem eſt ac zamcharat, i. e. fidicina; It. aulaeda, meretrix. Et vero [in Hiſpania ſaltem] Homines illius nationis ſaltatores, et mulieres ſaltatrices ſunt; utrique crepitacula pandorumque pulſant, ac naulia duplici palma vertunt, tandemque mulieres toto ſe corpore quam turpiſſime proſtituunt. V. Gol. p. 1111. Magis tamen mihi prima derivatio placet; niſi mavis vocem derivare ab Ar. *Zing* Æthiopum genus; unde *Zingis* extrema ad Sinum Barbaricum Ptolemaeo. Gol. p. 1114.

ZINNA. V. Sinus.

Z I Z

ZIZZA. V. Tetta It.

Z O C

ZOCCOLO. V. Souche Gal.

Z U B

ZUBBO. Ab Ar. zubbon, penis, membrum virile. G. p. 1072.

Z U P

ZUPPA. V. Sap Angl.

SPECIMEN
ETYMOLOGICUM TERTIUM,

OSTENDENS

Affinitatem Ling. *Hiſp.* et *Luſit.* cum *Arab.* vel *Perſ.*

A Ç A

AÇAFATE. Ab Ar. ſafat, quaſillum, caniſtrum. Gol. p. 1181.

A C E

ACENHA. Forte a Perſ. aſea, mola aquatilis. V. Caſt. p. 32 ; v. etiam Gol. p. 93.

A C H

ACHAQUE Luſ. ab Ar. ſhakat, morbus. V. Gol. 1306, et Quexarſe Hiſp.

A C I

ACICALAR Luſ. ab Ar. ſakal, polivit, lævigavit, in nitorem redegit enſem. G. p. 1368.

A C O

ACOSAR Hiſp. et Luſ. ab Ar. *caſa* inſecutus, perſecutus fuit, vexavit. G. p. 2030.
ACOUTE Luſ. Ab Ar. ſaut, ſcutica, flagellum. G. p. 1237.

A C R

ACRIVAR Hiſp. V. Crivellare It.

A C U

ACUTILAR Luſ. ab Ar. katal amputavit, ſuccidit, ſecuit. Hinc derivantur Luſ. cutela et cutelo; It. coltello, et Lat. cultellus.

A D A

ADARAZANA Hiſp. V. Terecena Luſ.
ADARGA Hiſp. V. Targa It.

A D R

ADRO Luſ. V. Atrium.

A D U

ADUFE. Ab Ar. duffon, genus tympani Arab. G. 840.

A F A

AFAN Hiſp. Affanno It. ahan Gal. ab Ar. han [lit. ſunt ain, nun, ie] ſub quo extant phyſicæ notiones laſſitudinis, defatigationis, et laboris; Deinde curæ, moleſtiæ, afflictionis, difficultatis, &c. V. Caſt. p. 2817. Quod attinet ad commutationem lit. ain cum f, vid. quæ ſub voce Funus allata ſunt. Nec negotium faceſſere debet *a* prima lit: vocis *a-fan*; ſolet enim hujuſmodi lit. præfigi innumeris prope vocibus, ac in omnibus fere linguis; cujus rei exempla etſi ex intervallo hoc in ſpecimine appoſuerim, juvat tamen alia afferre

Hiſp. Aſucar, Ar. ſacar, Perſ. ſhacar, Lat. ſaccharum, Angl. ſugar.
Aſufre, Lat. ſulphur.
Adarga, Gal. targe.
Aduana, Gal. douane, It. dogana.
Ayunar, Luſ. jejuar, Gal. jeuner.

Luſit. Arame, It. rame.
Azeite, Ar. zeith oleum.

Luſit.

Luſit. Acicalar, Ar. ſacal. polire.
Lat. Anas, Græc. neſſa.
Græc. Aphros, Angl. froth.
Chald. A-ſaph, Græc. ſophos, ſapiens.
Perſ. A-ſman, Ar. ſamao, cœlum.
Hebr. Azub, Ar. zup, Turc. zufa, Lat. hyſſopus, &c.
Tandem poteſt vox afan [quod magis mihi arridet] derivari ab Ar. affa, i. e. mærore, triſtitia gravatus, anxius fuit; tæduit, faſtidivit. V. Caſt. p. 194.

A G A

AGARRAR Hiſp. V. Gorra Hiſp.

A G U

AGUILHOAR Luſ. Convenit cum Perſ. chilanidan, pungere. Caſt. p. 253.

A J O

AJOUJAR Luſ. V. Daughter Angl.

A L A

ALABARDA Luſ. ab Ar. alharbat, haſta brevis. Hinc quoque derivatur Angl. halbard.

AL-

ALAMBIQUE Luſ. Limbec Angl. ab Ar. alanbec cucurbica chymica. V. Gol. p. 165.

ALARDE, Hiſp. et Luſ. ab Ar. alard, armiluſtrium. Gol. p. 1558.

ALAZAM, Luſ. et Hiſp. ab Ar. alhaſan, pulcher, elegans, bonus. A pulchritudine igitur et bonitate hujusmodi equus nomen accepit. Gol. p. 612.

A L B

ALBAITAR. V. Veterinarius.

ALBANIL. Ab Ar. *bana* extruxit, ædificavit. G. p. 330.

ALBARDA. Ab Ar. albardat, clitellæ. Hinc quoque fluxit It. bardella.

ALBARRAÃ [cebola] ab Ar. barrion, agreſtis, ſylvaticus.

ALBORNOZ. Ab Ar. albornos, penula, lacerna. G. p. 265.

ALBRICOQUE Luſ. V. Bricocoli It.

ALBUFEIRA Luſ. et Hiſp. Ab Ar. buhairat. Lacus, lacuna, parvum mare. Eſt enim vox diminut. ex Ar. bahar, i. e. mare. Hinc puto derivari quoque v. *Boſphorus*.

A L C

ALCACER Luſ. ab Ar. alcaſel, i. e. reſectum viride. Gol. p. 1919.

ALCAHUETE Hiſp. alcoviteiro Luſ. ab Ar. alkowad, leno. G. p. 430.

ALCALDE, ab Ar. callad, monili vel torque inſignivit collum. Inter inſignia Præfecturæ alicui commiſſæ, cum ſit torques collo circumdatus, anſa inde porrecta uſui Synecdochico, quo *callad* torquavit, ut ita dicam, frequentatur ab Arabis pro præpoſuit muneri, præfectura ornavit. Hinc forte derivari quoque poſſet Luſ. alcayde, etſi mihi magis arrideat illam derivari ab alia Ar. v. nempe *kaid*, gubernator, præfectus. V. Gol. p. 1978.

ALCALI Luſ. &c. ab Ar. kali. Gol. p. 1960.

ALCANTARA, ab Ar. elcantarat, pons. Gol. p. 1927.

ALCARCHOFA Hiſp. et Luſ. ab Ar. alhareſh, cinara, carduus altilis. V. Caſt. p. 1425. ubi ſcribitur *alharſofa*, quod eſt Arabico magis affine.

ALCATIFA. Ar. katif, ſtratum villoſum, &c. G. p. 1932.

ALCATRAŎ, ab Ar. katran. G. p. 1927.

AL-

ALCAVALA Hiſp. et Luſ. Fortè ab Ar. kabal, accepit, recepit. Hinc fluxit It. gabella.

ALCAYDÈ. Ab Ar. al-kaid, gubernator, præfectus. Gol. p. 1978.

ALCOFA. Ab Ar. alkofaat, ſporta. G. p. 1944, 1947.

ALCORAN Hiſp. Alcorano It. ab Ar. koran, i. e. lectio, ſeu liber per excellentiam.

ALCOVA Luſ. ab Ar. kobbat, concameratum opus, fornix. Gol. p. 1843. Accedit Perſ. kobbah, i. e. concamerationis convexitas, tectum rotunda figura extructum. Caſt. 425.

ALCUNHA. Ab Ar. alcunia. V. G. 2073.

ALCUZA Hiſp. et Luſ. Ab Ar. cuz, quod eſt Perſ. cuzah, cantharus, urceus. G. p. 2079.

A L D

ALDAVA, vel aldraba, Luſ. et Hiſp. ab Ar. aldabbat ferramentum latum quo obducitur porta. Gol. 1398.

ALDEA. Vox compoſita ex Ar. artic. *al*, et *deh* [quæ eſt origine Perſ.] i. e. pagus, villa. V. Caſt. p. 286.

Covarruvias fatetur ſe originem hujus vocis ignorare.

A L F

A L F

ALFACE. Ab Ar. alhas lactuca. G. p. 708.

ALFAGEME, vel alfaxeme Hiſp. Dubium non eſt quin v. hæc ab Ar. al-hagem, i. e. chirurgus, derivetur; etſi eadem v. ab Hiſpanis pro tonſore, à Luſitanis vero pro gladiorum fabro, olim fuerit uſitata.

ALFANDEGA. V. Fondaco It.

ALFANEQUE. Hiſp. ab Ar. hanac intellexit, percepit, et expertum reddidit, in poteſtatem redegit, &c. Igitur hujuſmodi falco ſic dictus, quia valde diſciplinablis eſt. Crebra, ut ſæpe dixi, eſt commutatio lit. *b* et *f*. Gol 660.

ALFARAZ Luſ. ab Ar. et Perſ. fars equus.

ALFARROBA, ab Ar. alcharrob. Gol. p. 693.

ALFAYATE, ab Ar. alchaiat, ſartor. G. p. 781.

ALFENA. V. Alfane, Gal.

ALFEREZ Hiſp. et Luſ. ab Ar. phart, vel phartz, præceſſit; et tanquam nomen ſignificat ſignum erectum ad indicandam viam. Gol. p. 1786.

ALFILELE Hiſp. alfinete Luſ. ab Ar. alchilal, veruculum ſeu acicula. Gol. p. 737.

AL-

ALFORGE. Ab Ar. alchorg, quod eſt Perſ. churgin, hippopera. V. G. p. 694, et Caſt. p. 248.

A L G

ALGAR. Ab Ar. *ghar*, ſpelunca. G. p. 1740.

ALGARROBA. V. Carruba It.

ALGARVE Luſ. Ab Ar. gharb, i. e. in Occidentem abfuit; ex quo fluxit gharbiion, i. e. Occidentalis. Porro vox gharb, pto diverſitate Dialectorum Orientalium, ſcribitur etiam *harb*, *warb*, *garb*, garv, *erb*, *ereb*, et *europ*, quorum ſignificationes ſunt *nox*, *veſpera*, *occidens*, *occidentalis*, *plaga occidentalis*. Fuit igitur nomen quamlibet occidentalem regionem deſignans. Quapropter priuſquam Orientales Tyrrhenum navigarent mare, ulterioreſque ejuſdem occidentales regiones comperirent, occidentalem Aſiæ partem *Arab-iam* [quemadmodum etiamnum vocatur] appellarunt. Poſtquam vero Tyrrhenum mare tranſierunt, ad ejus portus appulere, ulteriuſque progreſſi ſunt, occidentales Africæ, Europaeque regiones, imo et ipſam Europam garb, harb, warb, &c. appellarunt. Pari modo Hiſpania olim ab Europeis ipſis Heſperia, i. e. Occidens, dicta fuit; promonto-

riumque insulae Sardiniae, quod magis ad occasum vergit Ereb-antium fuit nuncupatum. Hinc Africam, Hesperiam, peculiariter vero Mauritaniam, Ma-ghrab [i. e. occidens, vel occidua pars terrae] dixerunt. Hinc demum apparet cur Lusitaniae Reges sese Algarbiorum citra atque ultra mare Reges appellent.

Ut autem plenius constet nedum Hispaniam, sed etiam multarum regionum plagas occidentales *harb*, *warb*, *&c.* olim appellasse Orientales; ecce testimonium Zein-eddin-omar, qui cognominatus fuit Ben-el-ouardi, floruitque sec. xiv. Is vero in suo Ar. manusc. cujus titulus est ketab kharidat el-adgiaib, inter alias regiones *gharb*, *warb*, &c. nuncupatas, mentionem facit gharb-el-aoussat, i. e. occidentalis intermedia, sub qua Hispaniæ pars comprehenditur, cujusque, necnon Portugaliæ, plures urbes indicat. Deinde meminit gharb-el-adna, i. e. occidentalis proxima, in qua sitæ erant Alexandria, Barca et Saara, sive desertum occidentale. Accedit Plinius, qui Hist. Nat. T. 2. C. 67. ait, Hannonem classem Carthaginensem è Gaditano portu solvisse, atque ab Arabiæ usque fines navigasse. Nemo autem ignorat Hannonem nequaquam Promontorium *de tres pontas* vulgo dictum

tum prætergreſſum eſſe. Ad cujus igitur Arabiæ fines Hannon cum claſſe appulit, niſi Africanae Arabiae, ſeu Occidentalis Africae plagae?

Non ergo intellexerunt notionem vocis *warb* apud Ezechielem Cap. xxx. v. 5. cum illam per *miſcellaneam turbam* reddiderunt. Nec minus inepta eſt Calmet interpretatio ejuſdem vocis, i. e. *alios populos*. Fallitur etiam Bochartus, qui per vocem *warb* Aſiaticam Arabiam intellexit, quæ jam deſignata fuerat per vocem Chus, illam Arabiam, pec. vero felicem, indicantem. Vox igitur *warb* loco cit. Arabiam utique ſignificat ſed non Aſiaticam, cujus jam meminerat Propheta. Quam igitur niſi Hiſpanam Arabiam, ſeu Hiſpania ipſa, ad quam Nebuchodonozor pervenit, quamque [ut prophetia impleretur] in ditionem redegit. Id vero totum confirmatur a Strabone L. xv. ubi ait Chaldeos Nabuchodon. ſupra Herculem extollere, ad cujus columnas pervenit, magnamque Hiſpanorum multitudinem ſecum in Thraciam Pontumque duxit.

Hinc quoque repetenda origo veraque ſignificatio v. Eremb-es apud Homer. L. 4 Odyſſ. Derivatur enim vox illa a *gharb*, *ereb*, &c. naſalando mediam ſyllabam. Quapropter Arabes indicat

[ut

[ut Strabo, Bochartus, et doctiſſima Dacier agnoverunt] vox Eremb-es; ſed Africanos, non vero Aſiaticos, ut ipſi putant, poſtlato contextu geographicæ narrationis Homericæ. Europæ tandem ac Erebi nomina ex eadem ſcaturigine manarunt.

ALGEROZ Luſ. ab Ar. al-agiur; et hoc a Perſ. agiar, i. e. imbrex.

ALGIBEIRA Luſ. Ab Ar. et Perſ. jaib, i. e. ſaccus veſtis in femoralibus. Caſt. 221.

ALGODAM. V. Cotone It.

ALGOZ, ab Ar. halak, laeſit in gutture, cinxit, arctius torſit funem. G. p. 645.

ALGUAZIL Hiſp. V. Vaſſallo Hiſp.

A L H

ALHARçOFA Hiſp. ab Ar. *alharſhaf* carduus altilis. Gol. 597.

A L J

ALJABA, ab Ar. aljabat, pharetra. Gol. p. 508.

ALJUBE Luſ. ab Hebr. et Ar. v. *giub*, i. e. puteus profundus, fovea.

A L L

ALLEGRE Luſ. V. Hilaris Lat.

AL-

ALLEMAÕ Luſ. vox compoſ. ex Ar. ahl, i. e. familia, et man, quod eſt hominis nomen proprium, de quo vid. Tacitum.

A L M

ALMAGRE, ab Ar. almaghrat, lutum rubrum, terra rubra. V. Gol. 2247. Plane delirat, ut ſæpe, Urrea in hujus vocis etymologia.

ALMARGEM. V. Margem. Luſ.

ALMENARA Hiſp. ab Ar. *almanar*, locus lucis, vel almanarat, pharus, turris, locus lucis. Radix Ar. eſt conc. nara.

ALMOCADEN Hiſp. dux; ab Ar. kadm, præceſſit, præivit, ut dux. Unde kodm, princeps, dux.

ALMOÇO, ab Ar. allumgia, jentaculum quod ante prandium ſumitur. Gol. p. 2160.

ALMOCREVE, ab Ar. almocarion, mulio. Gol. 2028.

ALMOFADA Luſ. ab Ar. almachad, pulvinar magnum. Caſt. p. 2027.

ALMOFASA Luſ. almohaza Hiſp. ab Ar. almehaſa, ſtrigil, pecten equinus. Gol. p. 608.

ALMOTACEL, ab Ar. almothſab, præfectus annonae. G. p. 609.

ALMUCANTARATH Luſ. ab Ar. almocantarat, circuli paralleli ad horizontem. Gol. 1971.

A L V

ALVAIADE, ab Ar. bad, dealbavit. Gol. p. 357.

ALVARA, ab Ar. albarat, diploma regium. G. 267.

ALVARCOQUE Hiſp. V. Bricocoli It.

ALVEITAR, ab Ar. albeitar, veterinarius, quae Lat. vox pariter ab eadem Ar. derivatur. V. Gol. p. 286.

ALVERGUE Hiſp. albergo It. auberge Gal. Puto derivari ab Ar. varad, acceſſit, advenit, deſcendit. Sic igitur dictus fuit locus ille, quia in illum deſcendimus ex itinere. Nec officit hujuſmodi derivationi lit. *d* in v. Ar. nam, ut ommittam tum Priſcos, cum Modernos Græcos, [V. du Cange Gloſſ. Græc.] frequens eſt hæc commutatio lit. *d* cum *g* etiam in aliis linguis, ut in

Lat. hordeum, Gal. orge.
Rodere, Gal. ronger.
Natare, Luſ. nadar, Gal. nager.
Modium, It. moggio.
Meridies, It. meriggio.

Lat.

Lat. Ratio, It. raggione.
Hodie, It. oggi.
Adunare, It. ragunare, et radunare.
Manducare, mangiare.
Podium, poggio.
Delphinus, Hiſp. golphin.
Hibern. faid vel faigh; a Lat. vates.
Laodh, vel laogh, vitulus.

A M A

AMASSAR Luſ. V. Ammaſſare It.

A N A

ANAFEGA, a Perſ. et Ar. *onnab*, zizipha, rubra. G. 1652.

ANAFIL Luſ. a Perſ. nafir, tuba ænea.

A N D

ANDOR Luſ. andas Hiſp. a Perſ. Andol, lecticae genus, cui inſidentes Reges Mauritaniae geſtantur. V. Caſt. p. 55.

A N I

ANIL, ab Ar. et Perſ. nilh, ſuccus Iſatidis ſiccatus, qui vulgo *Indicum* dicitur. G. p. 2494.

A P A

APARAR Luſ. V. To pare Angl.

A R

AR Luſ. V. Aer Lat.

A R G

ARGANAZ, ab Ar. arracnon, mus. V. Gol. p. 1035.

A R M

ARMONIA Hiſp. V. Harmonia Lat.

A R R

ARRAAM Luſ. V. Rana Lat.

ARRABAçA. Ab Ar. rabſao, lapathi genus. V. Caſt. p. 3503.

ARRATEL, ab Ar. ratal, i. e. libra. G. p. 999.

ARRAYAN Hiſp. ab Ar. arraihan, quaelibet herba adorata, vel olus tale. Gol. 1060.

ARREBAçA: V. Arrabaça Luſ.

ARREBALDE Luſ. ab Ar. balad oppidum, pars terrae habitata.

ARREBATAR. Lat. rapere ; a Perſ. rabu-dan rapere, eripere.

ARREMESAR Luſ. ab Ar. ramas, jecit, projecit, jaculatus fuit. G. 1040.

ARREZIFE Hiſp. ab Ar. arraſaf, i. e. lapides inter ſe ſerie cohærentes. Verb. autem Ar. raſafa ſignificat *appoſuit inviſem, ordineque junxit lapides in pavimento*. G. p. 993.

ARREYAR Luſ. V. To array Angl.

ARROBE, ab Ar. et Perſ. rob. G. p. 925.

ARROZ. V. Oryza.

A R S

ARSENAA Hiſp. V. Terecena Luſ. Arſenal, ib.

A T A

ATABAL, ab Ar. tabl, tympanum. Gol. p. 1442.

ATACAR Hiſp. et Luſ. V. To attack Angl.

ATAFONA, i. e. mola aſinaria ; ab Ar. tahana. V. Gol. p. 1446, *h* et *f* alternant, ut ſæpe monui.

ATANADO, ab Ar. atana, maceravit, et concinnavit pellem. G. p. 1602. Hinc Angl. to tan, et Gal. tanner.

ATAR, ab Ar. atar, obligare, circumdare, flectere, circumcingere. Hinc manavit *etar*, i. e. circulus, et quicquid rem aliquam circumcingit, quod eſt Luſ. atilho. Hinc quoque, ni fallor, derivantur *mitra* et *tiara*, a circumcingendo, nempe. V. Gol. p. 120 et ſeq.

ATARAZANA Hiſp. V. Terecena Luſ.

ATAUDE, ab Ar. atabut, arca feralis. G. p. 401.

A T E

ATE Luſ. Perſ. ta, Hiſp. haſta, ab Ar. hata, uſque. Hinc ten-us Lat.

A T I

ATILHO. V. Atar.

A T R

ATREVERSE Luſ. V. To dare Angl.

A T U

ATUM, Angl. tunny, ab Ar. tun, thunnus piſcis. V. G. p. 397. Hinc quoque manarunt It. *tonno*, *tonnina*.

A V A

AVANIA Luſ. V. Avania It.

A U G

AUGE. Luſitana vox ab Ar. *aug* derivata, [origine tamen Perſ.] i. e. celſitudo, faſtigium, dignitas, honoris gradus altior, abſis ſumma Excentrici, ſummave ejus à centro terræ diſtantia. V. Gol. p. 182 et Caſt. p. 60.

A Z A

AZAFAMA, ab Ar. alzaham, denſa hominum turba, tumultus. G. p. 1090.

AZAR Hiſp. et Luſ. conreſpondet *damnoſæ caniculæ* apud Perſium. Igitur dubium non eſt quin derivetur ab Ar. zar, i. e. damnum, detrimentum, noxa, afflictio; quæ omnia a jactu illo procedunt. Poſtea vero extenſa fuit ſignificatio vocis *azar* ad quodlibet periculum, anguſtiam aut damnum, non tantum apud Hiſpanos, ſed etiam apud Italos in *zara*, *zaroſo*, apud Gal. et Angl. in voce *hazard*, imo et apud Perſas in vocibus *azar* et *azar-dan*. V. Gol. p. 1407 et Caſt. p. 22. Valeant igitur qui vocem hazard ex *hazart*, quod eſt nomen arcis cujuſdam in Syria,

Syria, derivant; quia, ut ipſi ſomniant, Chriſtiani, qui eam obſidione cingebant, variis periculis ac viciſſitudinibus fuerunt obnoxii; vel quia tempore obſidionis teſſeris ludebant.

A Z E

AZEITE Luſ. ab Ar. zeitun, oleum, pec. olivarum. Gol. 1125.

A Z I

AZIAR, ab Ar. ziar, inſtrumentum quo prehenſa tenentur labia equi, ut veterinario obſequatur. G. p. 1126.

AZINHAGA Luſ. i. e. anguſta ſemita, ab Ar. zana, anguſtus fuit. Gol. p. 1114.

A Z U

AZUL, ab Ar. lazurd, quod eſt Perſ. lazward, Cyaneus. G. p. 2124. Hinc quoque manat It. *azurro*.

A X A

AXAQUECA, ab Ar. ſhakekat, **hemicrania**. Dolor iſte ſic dicitur, quia veluti findit caput; notio autem v. *ſhakka*, eſt fidit. V. G. 1299.

A X E

AXEDRES Hiſp. V. Xadres Luſ.

B A I

BAILAR, baile. V. Balire It.

B A N

BANANA Luſ. [fructus quidam Braſilienſis] Puto ſic dictum, vel quia ſapidus eſt, vel quia digiti formam refert fructus ille. Quæ ſunt ſignificationes Ar. banan, i. e. ſapidus, comeſtibilis, et etiam digiti. V. Caſt. 374.

BANDERA, It. bandiera, Angl. banner, ab Ar. *band*, [quod eſt origine Perſ.] vexillum magnum. V. G. p. 328.

B A Q

BAQUEAR Luſ. ab Ar. vaka, cecidit, concidit. V. G. p. 2716.

BAR

BARANGANE Hiſp. ab Ar. barancani, genus veſtis, ſtolæve, pec. nigræ. V. Caſt. p. 440.

BARCA Hiſp. V. Barca It.

BARRACA, Angl. barrack. Forte ab Ar. balak, i. e. tentorium. Alternant enim *l* et *r*. V. G. p. 322.

BARRIL, Angl. barrel. Forte ab Ar. barmil, dolium, orca. G. p. 265.

BARRO Luſ. ab Ar. barran, terra ex qua quid formatur. Barran fluxit ab Ar. bara, creavit, formavit. Gol. p. 266.

BAS

BASTAR. V. Baſtare It:

BEI

BEIçOS, a Perſ. *buſi-dan*, oſculari, quia ſc. labia ſunt inſtrumenta oſculandi.

BEL

BELLOTA Hiſp. et Luſ. ab Ar. *ballot* quercus, et glans. Gol. p. 318.

B E R

BERENGENA Hiſp. V. Bringela Luſ.

BERGAMOTA Hiſp. bergamot-pear Angl. vox compoſita ex Perſ. bek, i. e. nobilis, magnas, [quapropter primarios gubernatores vocant bek-ler-bek, i. e. magnas magnatum] et armod, i. e. pyrum; ex quibus duabus vocibus conſtat Turcica vox beg-armoudi. Quemadmodum ergo caſtaneam Perſæ appellarunt *ſha-belot*, i. e. regia glans; et prunam albam, ſeu ceream ſha-haluj, quæ vox regiam prunam anotat; [v. Gol. p. 29] ita pyrum hoc *Bergamota*, i. e. magnatum pyrum, per excellentiam fuit appellatum. Non igitur, ut vulgo creditur, a Bergomenſi territorio hoc nomen accepit.

BERRUMA, ab Ar. et Perſ. beram, terebra. V. G. p. 264. Hinc forte manarunt Lat. foramen; Angl. to bore; It. forare.

B E S

BESO. V. Baccio It.

B I R

BIRRETE Hiſp. berretta It. ab Ar. bererat, mitra, tiara. V. Caſt. 423.

BIS

BISNAGA Hiſp. et Luſ. ab Ar. baſtinag, gingidii ſpecies, ſeu umbella ejus, unde dentifricia decerpuntur. V. Gol. p. 272.

BIZ

BIZARRO Luſ. forte à Perſ. bizarah, magnanimus. V. Caſt. p. 160.

BLA

BLASON. V. Blazon Angl.

BOC

BOCAL Hiſp. V. Bocale It.

BOD

BODA Hiſp. et Luſ. ab Ar. bodoo, connubium. Hæc vox non reperitur in Lex. Gol. Extat tamen apud Cl. Pocok in Not. ad Portam Moſ. p. 22. Hinc forte manavit Angl. *to wed*, nubere.

BODE Luſ. a Perſ. boz, caper. Alternant enim *z* et *d*, ut in

Graec.

Græc. bazô, Lat. vado.
Ozos, nodus.
Theos vel Zeos, Deus, &c.

BODOQUE Hiſp. et Luſ. ab Ar. et Perſ. bandok, glans miſſilis, ſive globulus, qui ex Baliſtario arcu, aliove inſtrumento jacitur. V. G. p. 328, et Gazoph. L. Perſ. p. 267.

B O N

BONECA, ab Ar. *bonat* pupa. G. 331.

BONITO Hiſp. et Luſ. [nomen cujuſdam piſcis marini] ab Ar. beinith. V. Caſt. p. 384.

B O R

BORREGO, ab Ar. barek, quod eſt Perſ. barreh, agnus. Gol. p. 260.

B R E

BRENHAS Luſ. et Hiſp. Vox compoſita ex primit. *par*, vel *bar*, vel *far*, vel *pher*, vel *phre*, et negativa particula in terminatione. Porro primit. *par*, *bar*, &c. innuunt fructum, productionem, vel producentem quid. Quæ notiones aſſervantur in

Hebr. farah [v. Caſt. p. 3061] fructuoſus fuit, fructum edidit, fætavit.

Æthiop. fari [v. Caſt. p. 3068] fructus tulit.

Arab. bara [v. gol. p. 266] creavit.

Perſ. bar, fructus, flores, fruges.

Lat. par-io, fer-o, fer-ax, fer-tilis, fructus, u-ber, u-ber-o.

Græc. phor-os, fertilis.

Angl. to bear, to bring producere. Bride, ſponſa, quia, ſc. ad generandum accingitur. Berry, bacca.

Erit igitur vox quam præ manibus habemus ad lit. *non producens*, ſive *ſterilis*, quæ eſt etiam notio Angl. barr-en. Ex eodem fonte derivantur

Græc. parth-en-os, virgo, et parth-enia, terra inculta, non arata, et virgo, quemadmodum eam appellat Plin. Hiſt. Nat. L. xxxiii. C. 3. Quæ voces pariter derivantur ex eadem primit. *par*, *bar*, *parth*, &c. et negativa ne, en, vel ain ; ita ut ad lit. ſonent non parturiens, non producens. Vid. Clar. Gebel. Allegor. Orient. p. 27, necnon ejuſdem Dict. Etym. L. Græcæ, p. 625.

Lat. Berna, bernenſis, ber-ni-ci, Pyre-næi, &c. a montibus, ſc. ſeu ſterilitate.

Gal. Bre-haigne, fæmina ſterilis. V. etiam quae dixi ſub v. Hernicus, etſi quae mox protuli magis

magis mihi arrideant. Illud tandem monendum duxi, fieri ſc. poſſe ut Sabina vox hernae, eadem ſit ac Hiſp. et Luſ. ſeu Celt. brenna. Commutatur enim lit. *h*, nedum cum *f*, *w*, *m*, ſed etiam cum *b*. Vid. Gebel. Orig. du Lang. et de L'ecrit. p. 188.

B R I

BRINGELA Luſ. berengena Hiſp. ab Ar. badinjan, et hoc a Perſ. badingam. V. Gol. p. 209. V. Gol. p. 209. Vox compoſita ex bad, ventus, et najan, i. e. planta carens omni caule. A vento ſitate igitur quam producit nomen accepit. Vid. Gol. p. 1255 et 2318.

B R O

BRONZE Hiſp. Forte a Perſ. boreng, cuprum flavum.

C A B

CABANA, ab Ar. caban. Gol. 1851.
CABASA Luſ. ab Ar. kaffat, cucurbita arida.
CABO. V. Caput.

C A Ç

CAçAR Hiſp. et Luſ. cacciare It. chaſſer Gal. omiſſiis aliis etymologiis, puto vocem hanc derivandum ab Ar. *caſa*, i. e. inſecutus, perſecutus fuit, vexavit. G. p. 2030.

C A F

CAFE Luſ. coffee Angl. caffe It. ab Ar. cahvat. Eodem nomine vinum Ar. etiam indicant, quia appetentiam inducit, ut ait Gol. Eadem igitur ratione cafe nomen inditum, vel quia celeritatem, promptitudinemque inducit; quae eſt notio particip. V. *Cahiia*, v. Gol. p. 1976.
CAFILA Hiſp. et Luſ. ab Ar. cafilat, iter ſimul facientium cohors. Gol. p. 1948.
CAFRE Luſ. avarus, ab Ar. kafal, quod in iv. ſignificat obſeravit, et in x. tenax et avarus fuit. Alternant *l* et *r*.

C A L

CALA Hiſp. V. Calheta Luſ.

CALDEIRA, ab Ar. kadron, olla, lebes. G. 1864. Hinc Angl. cauldron, It. caldaro, Gal. chauderon.

GALFATEAR Hiſp. V. Calafatare It.

CALHAO. Accedit Græc. khaliz et Celt. cal, i. e. petra.

CALHAO Luſ. ab Ar. calaat, i. e. magnum ſaxum, vel ſaxum de terra avulſum ad jaciendum. Gol. p. 1957.

CALHETA Luſ. i. e. portus, ſeu ſinus exiguus. Vox hæc diminutiva derivatur a Celt. cal, i. e. portus, quæ aſſervatur in Ar. kalao, i. e. locus contra ventos tutus, portus, fluminis ripa, tuta navium ſtatio. Hinc fluxit Ital. ſ-cala, portus. Porro haec eadem Celt. vox retinetur in v. Portu-gal, quae componitur ex *portus*, et *cal* idem ſignificantibus; hujuſmodi ergo vox ad lit. ſonat idem ac *portusportus*. Id vero mirum non eſt; nam propter ignorantiam L. Ar. Mon-gibello, et deſertum *barka* dixere, licet ipſae Ar. voces *gebel* et *bark* montem et deſertum exprimant. Idem evenit in Lat. v. *et cætera*, quae ad lit.

ſonant *et et cætera.* Nam *cætera* componitur ex Graec. *eteros*, et *kai.*

CALIFE Luſ. V. Califfo It.

C A M

CAMA, camiſa, camino, camara Hiſp. V. Camus.

CAMARABANDO Luſ. Lat. zona, a Perſ. camar, zona, et etiam media pars corporis, et band cingulum.

CAMARON Hiſp. V. Camus.

CAMAS. V. ſub Camus Lat.

CAMBA, cambo, cambayo Luſ. V. Camus Lat.

C A N

CANDEA Luſ. candil Hiſp. ab Ar. kendil, lucerna, lampas. Gol. p. 1970.

CANIVETE Luſ. Gal. Scapellum quo acuuntur calami. Ab Ar. kanef vel chanef, concidit, ſecuit. Hinc fluxit quoque Angl, knife.

C A P

CAPA. V. Cappa It.

C A R

CARA Hiſp. et Luſ. a Perſ. char, quod eſt Ar. ghar, vultus, facies, forma, color vultus. Hinc manarunt It. cera, Angl. chear, et vet. Gal. care, chere. V. Caſt. 220, Gol. 546, et Cera It.

CARMEN [in Regno Granatenſi] ab Ar. carm, vinea. Hinc ſarmentum.

CARRAçA Luſ. ab Ar. karas, inſectum cimici ſimile, ſic dictum a pungendo; nam Ar. v. karas ſignificat punxit, momordit.

CARRASCO. Puto derivari ab Ar. giaras, amputavit, occîdit. V. Gol. p. 492.

C A S

CASA Hiſp. V. Caſa Lat. Caſcara ib.

CASCARA Hiſp. V. Caſa Lat.

C A V

CAVALLO Hiſp. &c. ab Ar. cabar, magnus vel corpulentus fuit. A magnitudine igitur ſic equus fuit dictus; quemadmodum ab altitudine nomen *Samai* apud Arabes accepit. V. Gol. p. 1219.

C A X

CAXA. V. Caſa.

C A Y

CAYADO Hiſp. cajado Luſ. pedum Lat. a Perſ. caj. curvus, et uncus; cajak, uncus, quo caput elephantis feriunt, cum adigendus.

C E B

CEBOLLA Hiſp. V. Cæpulla.

C E R

CEREJA Luſ. V. Ceraſum Lat.
CEROULAS Luſ. V. Zaraguelles Hiſ.

C H A

CHAMA Luſ. V. Llama Hiſp.
CLANFAROTE vel Chinfarote, ab Ar. ſhafarat, magnus culter. Gol. p. 1295.
CHARCO. Puto derivari a Perſ. ciark, ſpurcitia, cænum, ſordes. Eſt enim *charco* aqua cænoſa, ſeu ſtagnum. Hinc forte derivatur It. *ciacco*, ſus, quia ſc. aquâ cænoſa ſe inquinat.

C H E

C H E

CHEMINE. V. Cammino It.

CHEO Luſ. full Angl. lan Hibern. Mirum ſane eſt in quot ſeſe verterit facies Perſica vox *pr*, i. e. plenus, ex qua manarunt Luſ. Angl. et Hib. voces, quas præ manibus habemus; quæque, in ſpeciem, vix, aut ne vix quidem ab eadem Perſ. v. derivari poſſe videntur. Res tamen eſt extra omnem dubitationis aleam poſita.

Ex Perſ. *pr* facta commutatione lit. *r* cum *l* [cujus commut. exempla crebro extant, pec. ſub v. Lirio Hiſp. quam vide] emerſit

Græc. Pl-eos; hincque manavit Lat. pl-enus, atque ex hac rurſus v. fluxit Gal. pl-ein, et Ital. pi-eno. Notum ſiquidem eſt Italos lit. *l*, pec. Lat. vocum, in *i* vertere, ut in

Lat. plumbum,	It. piombo.
pluit,	piove.
planta,	pianta.
placet,	piace.
plaga,	piaga.
plangere,	piangere.

Gal. Blanc, It. bianco, &c.

Porro Lat. plenus eſt Hiſp. lleno, et Luſ. ch-eo; nam *pl* Lat. convertuntur ab Hiſp. in *ll*; a Luſ. autem in *ch*, ut in

Lat. plorare, Hiſp. llorar, Luſ. ch-orar.
pluere, ll-over, ch-over.
plaga, ll-aga, ch-aga.
planus, ll-ano, ch-ao.
plantago, ll-anten, ch-antagem.
ll-ama, ch-ama, a Lat. flamma.
ll-amar, ch-amar, a Lat. clamare, &c.

Videtis igitur quomodo gradatim ex Perſ. *pr* manarunt

Græc. pl-eos.
Lat. pl-enus.
Gal. pl-ein.
It. pi-eno.
Hiſp. ll-eno, ex quo Hibern. lan fluxiſſe puto.
Luſ. ch-eo.

Quod autem ſpectat ad Angl. full, cum vox Perſ. *pr* aliâ pervenerit in Angliam viâ, miris illis tranſmutationibus ſubjecta non fuit, quas in itinere ſuo verſus Occid. Europæ limites paſſa eſt; ut apparet ex

Teut. et Batav. vol; Anglo-Sax. fulle; Goth. fulls; Iſland. fullr; i. e. Angl. full ſeu plenus.

Apparet tandem ex hucuſque dictis itinerantia verba haud abſimilia illis fluminibus eſſe, quæ, etſi

etſi ex eadem ſcaturigine profluant, ſalubres tamen, aut inſalubres fiunt, varioſque colores, ſaporeſve eorum aquæ imbibunt, pro natura ſoli alvei, per quem tranſeunt, aut riparum, quas lambunt; nec aliter poſſe quandoque vocis originem detegi, quam ipſius veſtigia pedetentim ſequendo per omnes illas linguas, per quas, in itinere ſuo, ad illam pervenit, in qua ejus etymologiam veſtigamus.

C H I

CHICO Hiſp. a Celt. cic, vel chic, parvus. Quæ notio aſſervatur in Perſ. kig, vel kich, parum, exiguum; et in coch-ek, quod eſt Arab. coch, parvus. V. Caſt. p. 449, et Gol. p. 1980. Hinc etiam manarunt e-xig-uus, necnon varia nomina rerum exiguarum, vilium, et parvi pretii, v. g. cicer Lat. chice Gal. chicharos Luſ. cece It. chich-peaſe Angl.

It. cichino pauxillum.
cicciolo fruſtulum.

Angl. chick vel chicken pullus gallinaceus, &c.

CHINFAROTE. V. Chanfarote Luſ.

C H O

CHORRO de agua. V. Enxurro.

C I F

CIFRA, ab Ar. ſafr, nota arithmetica ſimilis literæ o. G. p. 1363.

C I M

CIMA Hiſp. et Ital. culmen. Ab Ar. ſama altus fuit; ex quo manavit ſamai, cœlum, et quicquid ſupernum eſt. Hinc fluxere Lat. ſummus, It cimiero, Gal. cimier, &c.

CIMITARRA Luſ. V. Scymitar Angl.

C O B

COBRE, Angl. copper, Lat. cuprum, ab Ar. *ſafr*. V. Gol. p. 1362.

C O I

COITA, coitado Luſ. V. Cuidado Luſ.

C O M

COMINHOS. V. Cuminum.

C O N

CONDAM Luſ. (varinha de condam). Sic Luſitani vocant virgulam divinam, ſive virgulam ex corylo abſciſſam, qua utuntur aquileges ad inve-

invenienda loca, ſub quibus aqua manat vel extat, et Præſtigiatores ad alios uſus. Porro vox *condam* eſt a Perſ. *conda*, i. e. doctus, ſapiens, pec. Philoſophus. 2°. Mantis, Ariolus. Erit igitur *varinha de condam*, ad verb. virgula mantis, arioli, ſeu præſtigiatoris. Ab eadem quoque Perſica voce manaſſe ſuſpicor Angl. cunning, et cunning-man; necnon Gal. maitregonin; imo et Hibern. kenni-men, i. e. ſapientes viri, doctores, ſacerdotes. Non me latet nonnullos Gal. gonin ab Hebr. gwunen, [i. e. divinus, hariolus] derivaſſe, quos Menagius reprehendit, quin tamen meliora proferat; poſſeque inſuper vocem illam deduci ex Ar. chawn, i. e. deceptor. Sed cum notiones *ſapientiæ*, *aſtutiæ*, atque *præſtigiarum*, quæ extant ſub Perſ. voce perfecte reſpondeant notionibus indicatis ab Angl. cunning, et cunning-man; a Gal. gonin; et tandem ab Hibern. kenni; cenſeo omnes a Perſ. voce derivari. Nec moror ultimam Perſ. vocis literam, nempe, *d*. [quam tamen retinet Luſit. vox.] Excidit quippe crebro hujuſmodi lit. in vocabulis derivatis, ut in

Loar Hiſp. louer Gal. a Lat. laudare.
Fe Hiſp. foi Gal. a Lat. fides.
Feo Hiſp. a Lat. faedus.
Frio Hiſp. freddo It. frigidus Lat.

Fiel Hiſp et Luſ. a Lat. fidelis.
Vado et vo Ital. vado Lat. voy Hiſp. vou Luſ. vais Gal.
Roer Hiſp. a Lat. rodere.
Creer Hiſp. crer Luſ. croire Gal. a Lat. credere.
Caher Hiſp. cahir Luſ. a Lat. cadere.
Guia Hiſp. guide Gal. guida It. quae omnia derivantur ab Ar. conc. kad, i. e. duxit; unde makud, quod manu ducitur.
Spindel, et ſpinnel Germ.
Mand apud Danos, man apud Germ. et Anglos, i. e. homo.
To cun vel to cond verbum Angl. [in uſu apud Nautas] navem gubernare.
Tandem can, ſeu cand, i. e. albus, unde fluxerunt candeſco, candidus, canutus, &c.
Ex lit. vero *g*, in fine Angl. cunnin-g nulla oritur difficultas. Gaudet enim lit. *n* nedum ante, ſed etiam crebro poſt ſe illiuſmodi lit. ut patet in omnibus partic. præſ. L. Angl. having, loving, being, &c. quapropter Angl. cunning eſt Gal. gonin; quemadmodum apud Anglo-Sax. primo fuit vox ren, deinde ren-g, quam vocem nunc Germani pronunciant regn.

CONSELHO. V. Conſilium.

CON-

CONTO Luſ. ab Ar. et Perſ. cota vel conta, brevis. V. Gol. p. 2068, 2077. A brevitate igitur ſic appellata fabula illa eſt. Sic kontalion apud Græc. eſt hymnus brevis.

C O R

COROA. V. Gorra Hiſp. et Corona.

C O S

COS Luſ. ab Ar. hoz, ſinus, ſeu canalis femoralium, per quem trajicitur aſtrigmentum. Gol. p. 605. Accedit Perſ. chozj, duplicatura ſuperior femoralium, per quam vinculum trajiciunt, quo adſtringunt corpori femorale. V. Caſt. p. 206.

COSA. V. Choſe Gal.

COSARIO, ab Hiſpana pariter v. *a-coſar*, quæ eſt Arab. *caſa*, inſecutus, inſectatus, perſecutus fuit, vexavit. Ab inſequendo igitur, ſeu inſectando, [quæ pyraticam facientium occupatio eſt] piratica navis nomen accepit. Hinc manarunt Gal. *corſaire*, et It. *corſale*, interjecta nempe lit. *r*, ut ſæpe fit, et alibi exemplis confirmavi. Non ergo a *curſu*, [ut placet Cl. Gebel et Menag.] qui communis eſt omnibus navibus, derivatio v. *coſario* repetenda videtur; ſed

ſed ab inſequendo, ſeu inſectando prædandi cauſa; quapropter prædatoria navis a Livio fuit appellata. Accedit Sheringham, qui in Diſſert. de Anglorum Gentis Orig. c. xi. ait: *Vocabulum Chorſaros omnino Gothicum eſt, et Piratas ſignificat.* Deinde Perſae a Scythis chorſari ſunt appellati, teſte Plin. l. 6, c. 17. ignominiae ergo, ut conjicio. Tandem *karſan* in Gazoph L. Perſ. ſub It. voce *corſale*, eſt pirata; etſi vox illa exotica ſit, propter initialem lit. kof, quam Perſae non agnoſcunt.

C R E

CREPUSCULO Hiſp. &c. V. Crepuſculum.

C R I

CRIVAR. V. Crivellare It.

C U B

CUBEBAS Luſ. cubebs Angl. ab Ar. cababat. Gol. 1993.

C U I

CUIDADO Luſ. ab Ar. cadd, labor, moleſtia. Gol. p. 2608. Hinc coita, coitado Luſ. cuita Hiſp. kedos Graec.

C U M

C U M

CUMBRE Hiſp. V. Cume Luſ.

CUME Luſ. cumbre Hiſp. culmen Lat. Colmo It. ab Ar. et Perſ. *kam*, i. e. vertex cujuſque rei. V. Gol. 1961, et Caſt. 430.

C U S

CUSCUS, ab Ar. Cuſcus, edulium farinaceum milii formâ concinnatum. G. p. 2030.

C U T

CUTELA, cuteſo. V. Acutilar Luſ.

C A L

DADO, ab Ar. daddon, teſſera. G. p. 808.

D A M

DAMA Hiſp. V. Dominus.

D A N

DANZA Hiſp. danſa Luſ. V. Danzare It.

D A R

DARDO Hiſp. et It. dart Angl. dard Gal. ab Ar. terad, haſta brevis, venabulum. Gol. p. 1452.

D E X

DEXAR. V. Lazy Angl.

D I A

DIA Hiſp. V. Dies.
DIAMANTE. V. Domare Lat.

D O N

DON Hiſp. V. Dominus.

D R A

DRAGONTEA Hiſp: V. Dracunculus.

E D A

EDAD. V. Ætas.

E N X

ENXAME Luſ. V. Ammaſſare It.
ENXAQUECA. V. Axaqueca Hiſp.
ENXURRO, enxurrada, chorro de agua, ab Ar. giarur, fluvius ſeu rivus ex aquae fluxu, qualis ex montibus delabi ſolet poſt pluvias aut ſolutas nives. G. p. 486.

E R M

ERMO. V. Eremus.

E S C

ESCAMA Hiſp. et Luſ. V. Squama Lat.
ESCASO. V. S-carſezza It.
ESCARLATA Hiſp. V. Scarlet Angl.
ESCARNECER, ab Ar. ſachar, irriſit. Hinc manarunt quoque It *ſcher-nire*, et Hiſp. *ſocarron*. V. G. p. 1152.
ESCLAVO Hiſp. V. Vaſſallo Hiſp.

E S F

ESFREGAR Luſ. V. Fricare Lat.

E S M

ESMERALDA Hiſp. V. Smaragdus.

ESMERIL Hiſp. ſmiris Lat. ſmeriglio It. ab Hebr. *ſhmir*, adamas, ſilex, ferrum forte. Ab Adamantina igitur duritie foſſilis illa materia ſmiris appellata fuit. V. Caſt. p. 3782. Accedit Ar. ſamar, adamas.

E S P

ESPETO, It. ſpiedo, Angl. ſpit, ab Ar. ſafod, veru ferreum in quo aſſantur carnes. G. p. 1179.

ESPINAFRE. V. Spinachium, et G. p. 102.

E S T

ESTREBARIA Luſ. V. Stabulum.

ESTUFA Hiſp. V. Stufa It.

F A R

FARO, nomen portus in Luſ. V. Faro It.

F A T

FATO. Hiſp. hato. V. Herd Angl.

F A Z

FAZER. V. Hazer Hiſp.

F E R

FERMOSO Luſ. V. Harmonia Lat.

F I D

FIDALGO. V. Hidalgo Hiſp.

F I G

FIGADO Luſ. V. Jecur.

F L O

FLORESTA Hiſp. et Luſ. ab arboribus quas producit. Eſt enim vox hæc derivata a primit. bar, vel far, &c. Vid. Brennas Hiſp. Hinc It. foreſta, Angl. foreſt.

F O G

FOGASA Luſ. V. ſub Funus.

F O R

FORRAR. V. Furrier Angl.
FORRO. V. Horro Hiſp.

F R I

FRIO. V. Froid Gal.

F U L

FULANO Luſ. ab Ar. fulan. G. 1823.

F U R

FURAR Luſ. V. Horadar Hiſp.

G A F

GAFANHOTO, ab Ar. chaifan, locuſta. V. G. p. 734.

G A L

GALA Hiſp. et Luſ. elegans ac feſtiva veſtis. Ab Ar. jala ſub quo extant ſequentes notiones: nitidum clarumque reddidit; deterſit mærorem ab animo; comptam nitentemque conſpexit ſponſam, et retecto vultu nitens ipſa apparuit ſponſo. Tandem ſub ejuſdem v. derivatis extant notiones nitoris, ſplendoris, oſtentationis ſplendidæ, &c. V. Gol. p. 526. Nec negotium faceſſit prima ſyllaba Ar. *v*, quæ vertitur in *ga*, quemadmodum in

Ma-ragato ab Ar. rajaa, cujus media ſyllaba pariter verſa eſt in *ga*. V. Maragato Hiſp. et jamel Ar. quod eſt Lat. camelus.

It. giardino, Gal. jardin, Angl. gar-den, Hiſp. jardin, quod ab illis pronunciatur ghardin.

Gal. jarretiere, Angl. gar-ter.

Luſ. jamais, It. giammai, Hiſp. jamas, quod ab illis legitur ghamas.

Ar. jarrat, It. giarro, Hiſp. jarro, quod legunt tanquam ſi ſcriberetur gharro. Tandem apud Ar. quoque ſatis frequenter gimel fit gutturalis gain. V. Clav. Dialect. Cl. Schult. p. 199.

GALEON, ab Ar. chaliion, navis magna. G. 754.

GALIZIA Hiſp. ab Ar. chalig, i. e. ſinus maris, flumen, ripa ejus, rivus, gurges. Noti ſunt ſinus maris, qui hanc provinciam intrant; a quibus, ni fallor, nomen, accepit; quemadmodum Gallia a Celt. gal, i. e. ripa maris denominationem ſumpſit, ut ait Cl. Gebelin. Hinc quoque fluxere Græc. ai-gialos, [ripa maris] cum ſuis derivatis.

GALOCHAS Hiſp. V. Galage Angl.

GALRAR Luſ. V. Garrire.

G A N

GANA, ab Ar. ghana, ſitivit, et obduxit, vel operuit animum cupiditas. G. p. 1748, vel ab Ar. *ana* voluit. G. 1661.

GANAR Hiſp. ganhar Luſ. to gain Angl. gagner Gal. ab Ar. ghanea, utilitatem cepit; ex quo manat ghanin dives. Vid. Gol. p. 1737. Hinc quoque fluxit Angl. to win. Nec obſtant lit. *gh* vocis Ar. Vide to wiſh Angl.

G A R

GARBILLAR Hiſp. V. Crivellare It.

GARRA, garavato, garrote. V. Gorra Hiſp.

GARRAFA Hiſp. V. Caraffa It.

G A T

GATO, ab Ar. ket, felis mas. G. p. 1925.

G A V

GAVACHO Hiſp. i. e. monticola, a Perſ. kow, mons.

GAVASA Hiſp. ab Ar. cahba, meretrix. Gol. p. 1856. Forte hinc etiam fluxit It. bagaſcia.

G A Z

GAZELLA Luſ. V. Gazelle Gal.

G A Y

GAYTA. A ſono quod edit ſic dicta, derivaturque ab Ar. *gait* excitatio ſoni. Gol. p. 778.

G E N

GENGIVRE Luſ. V. Gengiovo It.

G E S

GESSO Luſ. Lat. gypſum, ab Ar. gies, et hoc a Perſ. chieg. Gol. p. 507.

G I B

GIBAŪ. V. Giubba, It.

GIR

GIRAFFA. V. Giraffa It.

GOR

GORRA Hiſp. et Luſ. A primit. gur, gyr, kur, cur, vel kir; alternant enim lit. *k*, *c*, *g*, quarum phyſicæ et primariæ notiones ſitæ ſunt in *circuitu*, *rotunditate*, *obvolutione*, *gyro*, *ſpira*, *convexitate*; quæ notiones aſſervantur in Ar. car pro cawr [vid. Gol. p. 2078] i. e. ſpirali forma cidarim capiti obvolvit. Unde fluxere *cur*, ſpira cidaris obvolutæ, et *mi-cur*, i. e. cidaris. Vid. etiam Arab. *carra* et *carcar*. Porro *rotunditatis* primaria notio extat etiam in Perſ. chird, [quod eſt Ar. *corrat*] i. e. globus, ſphaera, circulus, ambitus, circumferentia, circa, rotundus, et in ſequentibus

Perſ. gard-anidan, circumagere.
garden, collum, a rotunditate ſc.
gard-ab, gurges.

Graec. kir-kos, omne quod rotundum eſt.

Lat. gyr-us.
Corona, coroa Luſ. crown Angl. couronne Gal. a rotunditate ſc.
circum.

Lat.

Lat. circinus.
circulus.
cirrus.
Angl. gir-d, gir-dle, cingulum ſeu zona.
gar-ment, veſtis, ſeu indumentum, ab obvolutione ſc.
gourd, quod eſt Gal. courge, cucurbita.
garther, periſcelis; Gal. jarretiere.
cravat, linteolum collo circumvolutum.
curl, cirrus, quae Lat. v. ab eadem radice derivatur.
garland, corolla, quae Lat. v. ab eadem fonte manat.
Lotharing. Gouret, globus.
Cantabr. gar, circum.
chir-quia, circuitus. 2. Subterfugium, in qua ſignificatione convenit cum Angl. querk.
It. cherica, tonſura rotunda.
Hinc pariter derivari poteſt Angl. garden, It. giardino, Luſ. jardim, i. e: hortus, quia nempe muro circumdatus. Imo et ipſamet Lat. v. *hortus* cum allatis conſonat. Commutatur enim lit. *b* nedum cum *k*, ſed etiam cum *g*, ut in
Hiſp. gueſpede, quod eſt Lat. hoſpite, Luſ. hoſpede, et Gal. hôte.

Hiſp.

Hiſp. gueco, et hueco, Lat. cavus.
guevo, et huevo, Lat. ovum.
helada, Luſ. geada, Gal. gelée, gelu, &c.

De commutatione lit. *h* et *k* alibi forte dicam. Illud interim per tranſennam afferam quod in Ammiano Marcellino legiſſe me memini, vocem ſc. *Hendins* apud Burgundiones ſignificaſſe Regem, cum tamen in Novo Teſt. Gothico Pilatus dicatur *Kindins*, quæ vox eadem eſt, ſignificatque Ducem, Principem, Regem, &c. Derivatur autem, juxta Wachter in Gloſ. Germ. ex *hen*, annoſus, ſuperior, et *dyn*, hómo.

Hinc etiam repetenda origo Lat. v. *quaer-ere*. Nam qui aliquid quærit, regreditur, recurrit, huc illuc convertit ſc. quae notiones cum reperiantur in Arab. v. ſurdo *carra*, quadril. *carcar* et conc. *cara*, plane apparet origo Lat. quærere, quod eſt It. *cher-ere*; quinimo et Hiſp. querer, i. e. velle et amare; quærimus enim quod petimus et amamus. Inſuper pugnantes impetum faciunt, irruunt, abigunt, repellunt, huc illuc ſe convertunt, regrediuntur, recurrunt, celeriter incedunt, proſtrant, et convolutum velut deturbant hoſtem fodientes haſtis, et tandem nonnunquam fugam capiunt. Igitur cum omnes hae ſignificationes inveniantur in

mox

mox allatis Arab. verbis, in quibus aſſervantur phyſicæ primitivæ vocis kar, gar, kur, &c. notiones; patet etiam origo It. et Hiſp. guerra, Angl. war, et jar, It. gara, bellum, contentio.

Tandem cum primitiva notio vocis *kar*, *ker*, *kir*, *&c.* *giar*, *ger*, *gir*, *&c.* ſita ſit in circuitu, et obvolutione; et praeterea nihil capiamus, trahamus vel arripiamus, niſi per obvolutionem manus, aut alicujus inſtrumenti adunci circa rem captam, tractam vel arreptam; ex eadem manarunt

Arab. jarva, traxit, trahendo duxit, vertit, raptavit.

Hiſp. et Luſ. a-garr-ar, arripere.
garra, unguis avis rapacis.
garavato, uncus.
garrote, ſtrangulatio.

Hinc fluxere nomina avium rapacium ut circus, gyro-falco, et Holland. gier, vultur, et tandem ſeq.

Perſ. ghir-am, capio.

Angl. graſp, arripere, grapple, harpago.

Gal. a-gra-ffer, infibulare.

Lat. an-chora.

G R A

GRAVAR Hiſp. graver Gal. V. Grammatica.

G R I

GRITAR. V. Gridare Ital.

G U A

GUADO Hiſp. V. Guadare It.

G U E

GUERRA Hiſp. V. Gorra Hiſp.

G U I.

GUIA Hiſp. V. Condam Luſ. et Guida It.
GUITA, ab Ar. et Pun. chait, filum, funis tenuior, &c. V. Gol. p. 781.
GUITARRA Hiſp. V. Chitarra It.

G U M

GUMENA Hiſp. ab Ar. jommal funis craſſior, rudens navis.

H A S

HASTA. V. Atê Luſ.

H A T

HATO. V. Herd Angl.

H A Z

HAZ. V. Facies.

HAZER Hiſp. facere Lat. fazer Luſ. Vox hæc, ait Covarrubias, derivatur a facie; quia cum aliquid facimus, illi faciem quandam inducimus. Fallitur tamen, ut plerunque. Hazer eſt ab Hebr. haſſé, i. e. fecit, effecit; unde fluit mahaſsè factum, opus, artificium. V. Caſt. p. 2928. Porre Hebr. vox convenit cum alia, nempe hezz, quæ etiam Ar. eſt, indicans virtutem, potentiam et fortitudinem, quæ ſane ad aliquid faciendum requiruntur. V. Caſt. p. 2711 et ſeq.

Cum autem frequentiſſime lit. *f* in vicem aſpiratarum ſubſtituatur; [vid. ſub Funus] puto ab eodem fonte manaſſe Lat. facere; niſi mavis illud derivare ab Ar. fatara, i. e. primum et recenter

center fecit quid, creavit. Unde fluxit *fetrat*, i. e. creatio moduſve ejus, ſeu forma creaturæ indita, ad quam res a natura efformatur. Hinc feature Angl.

H E R

HERMO Luſ. V. Eremus.
HERMOSO Hiſp. V. Harmonia Lat.

H I D

HIDALGO Hiſp. fidalgo Luſ. Apud populos Septemtrionales frequens eſt uſus vocis *a-del* magnitudinem et nobilitatem ſignificantis; etſi vocis originem ignoret Præclariſs. Ihre.
Eſt igitur vox *a-del* derivata a primit. *dal* [præfixa ſit. *a*; ut frequenter fit] magnitudinem et altitudinem ſignificante. Ex quibus notionibus facile manant notiones dominii, divitiarum et auctoritatis. Aſſervantur autem notiones primariae in
Ar. talaa, aſcendit.
Hebr. dale, elevare.
Angl. tall, altus.
Suev. daile, pinus.
Apud Valdenſes tall, abies. Ab altitudine ſc.

Se-

Secundariae vero in
Ar. dalla, duxit, direxit; et in iv. conj adalla, praevaluit, ſuperior fuit. V. etiam Adal, recte direxit in Gol. p. 1538.
talion, altus, validus.
Perſ. dolat, divitiae.
dolat-mand, vel tala-mand, dives.
Hiſpani igitur praefixere lit. *h*, ut in
Lat. ovum, Hiſp. huevo.
olet, huele.
orphanus, huerfano, &c.
De additione autem lit. *g* in fine vocis *adel*, non eſt cur exempla hic afferam, cum illa alibi jam in hoc ſpecimine appoſuerim. Idem dicendum de commut. lit. *h* et *f* in vocibus quae Hiſpanae ſimul ſunt et Luſitanæ, ut hazer Hiſp. fazer Luſ. huyr Hiſp. fugir Luſ. &c. Nihil frequentius hujuſmodi commutatione.
HIDRA Hiſp. hydra Lat. idros Græc. iſdras Ar. quæ vox, etſi non extet apud Gol. invenitur tamen in Caſt. p. 785, ubi citat varia Avicenæ loca, in quibus eadem vox legitur.
Porro hæc omnia derivantur à *Dor* vel *Dur*, vel *Dir*, vel *Thur*, *Thyr*, *Ter*, *Tir*, &c. [nam Dentales alternant; de vocalibus autem non eſt cur ſimus ſoliciti, ut ſæpe monui] quæ in

omnibus Celticis Dialectis *aquam* ſignificant; proptereaque in multorum fluminum nominibus reperiuntur, ut in

Douro, Lat. *Durius*, flumen in Luſit.
Adour, Lat. *Atyrins* fl. in Gal.
Durance, Lat. *Durentia*, fl. in Gal.
A-Thyras, fl. in Thracia.
Dyr-os, fl. in Locride. Vid. Strab. 655.
Dir-ce, fons in Boeot. V. Strab. 627.
Tor-one, fl. in Macedon.
Taro, Lat. *Tarus*, fl. in Parmenſi territorio.
Thur-ia in Meſſen.
Dyr-as, fl. in Theſſal.
Therma, fl. in Macedon.
Drilo, pro *Der-ilo*, fl. in Dalmat.
Ter, fl. in Catalaunia.
Tera, torrens in Luſit.
Terin, fl. in Gal.
Thur, vel *Thoor*, fl. in Helvet.
Ti-g-ris, celeberr. fl. in Aſia. Nec obſtat lit. *g*, quæ ſæpe adſciſcitur ante lit. *r*. Vid. dicta ſub v. *Gremium*.

Concinunt præterea iſta cum
Celtico—Hibern. *Dûr*, vel *Duor*, i. e. aqua, quod eſt [per Metath.] Perſ. *Rod*, i. e. aqua, fluvius, torrens. Hinc quoque manavit ipſamet Lat. v.

terrens,

torrens, nisi mavis illam derivare ab Ar. *tarraon*, i. e. vehemens, ac alveum implens fluxus aquæ è monte descendentis; vel à *torat*, i. e. impulsus torrentis. Vid. Gol. p. 378, et 1449.

Pers. *Darià* mare.
tar humidus.

Arab. *tharr* aqua scatuit fons.
thararat aquâ scatens fons.
Tharthar, quod est nomen magni fluminis in Mesopotamia, Singaram inter et Tecrît.

Tharthar aquâ abundans fons. Item nomen fluvii gemini in Armenia, quorum alter *Major* alter *Minor* dicitur. Vid. Gol. p. 418.

Darra, cum copia emisit pluviam cœlum.

Medrar, pluvia copiosa. It. nubes, et pluviam copiose fundens cœlum.

Angl. tear lacryma; quia nempe humor, sive aqua est. Persae pariter dicunt *ab chasham*, ad lit. aqua oculi, i. e. lacryma; *ab dahan*, ad lit. aqua oris, i. e. saliva, quae ab Ovidio appellatur *humor linguæ*.

Ther-m-ae. Vox contracta ex *ther*, aqua, et Arab. *hm* calidus.

Diar-

Diar-Bek, [unus ex nominibus Meſopotamiae] ad lit. manſio fluviorum.

Quis igitur non agnoſcat perſpicuam Celticorum dialectorum cum Orientalibus harmoniam?

Incendiaria plane explanatio allegorica ſeu figurata illa eſt, quam de hydra, hidriſque commentus eſt Sebaſtianus Covarrubias Cath. Reg. Capellanus, Licentiatus, Canonicus S. Eccl. Valerienſis, ac Sanct. Inquiſit. Conſultor, cujus verba tantum tranſcribam; refugit nanque animus ea Latinè vertere:

" Por eſta ſerpiente hidra entiendo yo la heregia, y los hereges por los biborreznos: deven ſer conſumidos con fuego, antes que deſtruyan la tierra. Que ſi en Alemania huviera la diligencia, y zelo de la religion que ay en Eſpanna, no ſi eſtendiera la hidra Luterana con el ouage de ſus biborreznos, porque ya que preſumiera de enclocarſe, con el fuego que les pegara la Santa Inquiſicion le ſalieran gueros ſus huevos."

Quis autem, niſi ille, cui cornea fibra eſſet, talia legendo, iras temperaret? Quodve inſtitutum iter non rumperet ſerpens hic igneus, cujus vel ſolo nomine, Chriſtianorum mentes ſimul viſuſque perſtringuntur? Quis tandem, etſi longa

illi

illi inſtaret via, maximiſque itineribus iret, ſi hoc monſtrum ſe illi in conſpectum daret, de via non ſecederet, diverticulum non intraret, ibique tandem non maneret, quoaduſque ad ſe rediret, animos ſumeret, inceptumque demum iter perageret? Patere igitur, Chriſtiane lector, ut à propoſito pauliſper digrediar. Rumpam moras; haud longum diverticulum erit.

Patere, inquam, ut in locum Covarrubianæ interpretationis aliam ſubſtituam, et quidem firmiore anſa, meliuſque acto fundamento. Poterunt ergo per Hydros, Inquiſitores; per Hydram vero, ipſum Inquiſitionis Tribunal appoſite repræſentari. Qua perſonata peſte nulla alia capitalior, magiſque Chriſti, Apoſtolorum ejus, ac tandem Primitivæ Eccleſiæ exemplis oppoſita, ex orco in Chriſtianam rempublicam irrepſit. Quam enim Chriſtus, [qui non tanquam Pugil *, ſed velut Agnus ad victimam duci paſſus eſt] non pugnis, nec Hebræorum, ſed ſuo ſanguine, acquiſivit Eccleſiam; eandem Apoſtoli ejus, naſcentiſque Eccleſiæ Antiſtites †

* Honorius III. Dominicanos Fratres Pugiles Fidei pronunciavit.

† Juſques au regne du Grand Conſtantin, les ſucceſſeurs de St. Pierre n'en avoient herité que ſes chaines, & des perſecutions ſouvent terminées par le Martyre. Vertot Orig. de la Grandeur de la Cour de Rome.

ac Fideles, non Pugilum more, nec Gentilium, aliorumve fidei hoſtium, ſed ſuo pariter ſanguine, mirifice propagarunt. Ex quibus exemplis, limpidiſſimiſque Chriſtianae religionis ſcaturiginibus, quae mox ſubjungam conſectaria derivarunt ſanctiſſimi ſimulque doctiſſimi viri, qui Pontificibus, Regibus, omnibuſque tandem fidelibus diſciplinae eſſe debent.

Divus Gregorius Papa * in Ep. ad Joan. Patriarcham Conſtantinop. ita ſcribit: *Nova et inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus* [multo magis quae igne] *exigit fidem.*

Divus Athanaſius, qui ita ſenſit: *Propria ac peculiaris verae religionis teſſera eſt non compellere, ſed ſuadere.* †

Hieronymus Oſorius ‡ Epiſc. Silvenſis, L. 1. de rebus geſtis Em. Reg. Luſit. qui Hebraeos acriter

---

* *Qui ita vixit* [verba ſunt Platinæ in ejuſdem Pontif. vita] *ut uſque ad tempora noſtra neminem ex ſucceſſoribus parem habuerit, nedum ſuperiorem vel ſanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina et ſcriptis.*

† Eximius ſc. ille Orthodoxæ Fidei Defenſor, ac Epiſcop. Alexandr. cujus ſymbolum in Eccl. Lat. ſolemniter legitur. Vid. Millot Elem. Hiſt. ant. T. 11. p. 407, 476, 486.

‡ Quem Thuanus, ſeu De Thou laudat, velut exemplar Chriſtianarum virtutum. Ulyſippone natus A. 1506; obiit autem A. 1580. Hiſtoricum ejus opus primo prodiit Ulyſip. A. 1572; eodem ſc. anno,

ter conſectatus erat; hiſce aureis vereque Apoſtolicis verbis, intrepide Regem ipſum de immaniſſima illa perſecutione objurgat.

" Fuit quidem hoc nec ex lege, nec ex religione. Quid enim? Tu rebelles animos, nullaque ad id ſuſcepta religione conſtrictos, adigas ad credendum ea, quae ſumma contentione aſpernantur et reſpuunt? Id que tibi aſſumas, ut libertatem voluntatis impedias, et vincula mentibus effraenatis injicias? At id neque fieri poteſt, neque Chriſti ſanctiſſimum numen approbat. Voluntarium enim ſacrificium, non vi et malo coactum ab hominibus expetit, neque vim mentibus inferri, ſed voluntates ad ſtudium verae religionis allici et invitari jubet. . . . . Poſtremo quis non videt. . . . . Et ita religionem per religionis ſimulationem indigniſſimè violari."

Annuat igitur Deus ſolemnibus hiſce votis meis, necnon illis, quæ per univerſam Chriſtianam Rempublicam concipiuntur, etſi ab aliquibus tantae

---

no, quo Luſiada Camoens publici juris facta fuit. Omnia vero Oſorii Opera, 4 vol. in fol. comprehenſa typis mandata fuere Romæ, A. 1592; inter quæ illud reperitur, in quo Elizab. Reginam Angliæ ad amplectendam Rom. Eccl. doctrinam exhortatur.

tantæ timore hydræ correptis tacito duntaxat ſuſpendantur labello; Annuat, inquam, Deus, ut de medio tollatur, funditusque evertatur ſaediſſimum, ingentiſſimum, ac ſeveriſſimum hocce monſtrum, cui utriuſque legis, divinae ſc. et humanae lumina ſunt adempta; quod homines ac mulieres tormentis excruciat, ac ad inſaniam redigit, capitibus ſancit, ſtrangulat, comburit, per omnes mortes necat *, ac deinde eorum opes diripit, direptaſque in lautitiis ac voluptatibus jac-

* Falſa, inquiunt Tergiverſatores ſacri illi, hæc criminatio eſt: Nam Brachio ſeculari comburendos, ſtrangulandoſve committimus, de melioreque nota miſeriter commendamus. Nugæ. Si morte digni ſunt, cur voſmet ipſi ſontes morti non datis? æquiſſimum quippe eſt morte dignos morti dare. Quapropter morti dant Papæ, Reges, imo et ipſemet Chriſtus venturus eſt judicare mortuos, et quidem in ignem æternum. At enim nobis, inquiunt, non licet fundere humanum ſanguinem. Hebræi quoque Pilato reſponderunt ſibi non licere occidere quemquam; ſed nihilominus Chriſtum occidere; igitur et vos quoque miſeras victimas occiditis. Qua igitur fronte ſanguinis fuſionem, necem, culpam, gemitus, planctus, querimonias, miſeriam, deſolationem, deſperationem, odium tandem atque invidiam in Brachium ſeculare regeritis? Quid, quæſo, aliud hoc eſt, niſi egregie imponere, fucum facere, ac oculis pulverem offundere? Quid, inquam, aliud niſi, ut Itali aiunt, Trar il ſaſſo, e naſcondere la mano? vel ut Luſitani dicunt, Tirar a Sardinha com a maõ do gato? quid aliud niſi venenum animi melle linguæ tegere? quid aliud tandem, niſi per charitatis ſimulationem, charitatem indigniſſime violare? Crambe repetita hæc eſt; æque tamen ſemper humanitatis ac Chriſtianæ virtutis digniſſima hujuſmodi repetitio erit.

jactanter ac turpiſſime abſumit. Abnorme, inquam, ac horriferum hocce monſtrum, quod tale tantumque patribus ac matribus terrorem injicit, ut mortem ſibi conſciſcant et chara ipſorum pignora in puteos projiciant, ne ab immitiſſimo, ac inſaturabili hoc monſtro devorentur. * Monſtrum hoc tandem imperioſiſſimum, improbiſſimum, acper vicaciſſimum, quod *mala facit, ut veniant bona*; quodque tot, tantaque peccata patrat, in iiſque permanet, ut magis abundet gratia Dei, magiſque credentium in Filium ejus J. C. numerus ac ſides augeantur. †

* Juſſit, [Emmanuel Rex] ait Oſorius, ut Judæorum filii, qui nondum 14 an. ætatis excederent, à parentibus abſtracti, et ab illorum conſpectu remoti, in religionis Chriſtianæ diſciplinam traderentur. Quod non ſine magnis animorum motibus fieri potuit. Erat enim res viſu mirabilis à complexu matrum filios avelli : patres liberis affixos raptari, et fuſtibus etiam contundi : clamores ingentes ubique tolli, omniaque mulierum plangore et ejulatu compleri. Fuere qui rei indignitate perturbati *filios in puteos abjicerent.* Multi etiam eò progreſſi ſunt amentiæ, ut *ſibi mortem propria manu conſciſcerent.*

† Mais au milieu de ſes ſoins utiles [Ferdin. R. Hiſp.] nous les voyons établir par tout, avec un zèle violent, ce que le Tribunal de l'Inquiſition a de plus contraire au droits de l'humanité et aux maximes bienfaiſantes de l'Evangile.

Torquémada, dominicain fougueux, et cruel, avoit fait jurer à la reine, avant qu'elle fût reconnue, d'employer tout ſon pouvoir, ſi elle parvenoit au trône, pour exterminer les Impies, Juifs, Muſſulmans, Hérétiques, Magiciens. Le Cardinal Mendoza, enflammé par le dominicain, ſe prévalut de ce ſerment. L'Inquiſition fut établie avec des rigueurs juridiquement tyranniques, dont il n'y avoit pas encore d'exemples ſi barbares. Torquémada, devenu grand inquiſiteur,

Quodſi tantum offendiculum hoc *, quod *Chriſtianæ*

---

quiſiteur, fit brûler en quatre ans ſix mille perſonnes; et ſon zèle pourſuivit plus de cent mille citoyens. Une ſombre terreur, un fanatiſme farouche, s'emparerent des familles ; l'infame délation ſe transforma en vertu ; les moindres ſoupçons, de légeres imprudences, des fautes imaginaires et ſuppoſées, furent des titres pour empoiſonner, flétrir, deſeſpérer une foule d'innocens.

Les procédures les plus iniques décidoient de la fortune, de l'honneur et de la vie. L'accuſé ne connut jamais l'accuſateur, ne lui fut jamais confronté. Il falloit qu'il devinât ſon crime. Enveloppé dans les pieges d'un interrogatoire captieux, il ſe reconnoiſſoit ſouvent coupable, ſans ſavoir de quoi. Le témoignage des plus proches parens, des femmes de mauvaiſe vie, étoit admis, comme ſi l'on eût craint de manquer d'autres délateurs. Et quoique les calomniateurs duſſent porter la peine du talion, quoique les inimitiés perſonnelles, et les folies ſuperſtitieuſes multipliaſſent néceſſairement les accuſations fauſſes, il n'y avoit aucun exemple de calomniateur puni par le ſaint Office. Nulle reſſource contre les jugemens de ce tribunal, nul appel au Souverain, protecteur de ſes ſujets.

On vit une infinité de ſatellites comblés de privileges : et des ſommes immenſes, employées pour le malheur de l'Eſpagne, plutôt que pour le triomphe de la foi. Ces affreux ſupplices, où les victimes étoient entaſſées, ces *auto-da-fé* qui font horreur au ſimple récit, furent des actes de religion, et des ſpectacles même où les rois aſſiſterent avec ardeur. Si l'on penſe avec pluſieurs écrivains, que l'Eſpagne et le Portugal, doivent ſe féliciter d'avoir banni de la ſorte le Mahométiſme, le Judaïſme ou l'héreſie, il faut donc abruter la raiſon et tyranniſer les hommes ; il faut que le fer et le feu dévaſtent le monde, pour faire des Chrétiens et des Catholiques ! Eſt-ce ainſi que la foi Chrétienne s'eſt établie ? Heureuſement pour les peuples, et j'oſe le dire, pour la religion, le gouvernement d'Eſpagne, qui devient tous les jours plus éclairé et plus humain, a beaucoup tempéré ces rigueurs, qu' inſpiroient les préjugés du ſiecle. L'hiſtoire nous apprendra combien de bleſſures profondes elles ont faites à l'état. *Millot Hiſt. Mod. Ep.* 8. *p.* 71.

* Cujus fautores [ut inventores omittam] nonniſi illi eſſe poſſunt, qui

tianæ Militiæ arma carnalia facit, penitus exterminetur, ita ut de hujuſmodi Hydrarum, vel potius inſignitè

---

qui arundinibus tantum longis inſtructi in arenam deſcendunt, poſthabita doctrina ſana; cumque inde, re infecta, redeant, ac merito irriſi; cum aliter ſentientibus, quemadmodum Turcæ gladio, ita illi igne de religione conficiendum cenſent. Audiamus Præſtantiſſimi Canarienſis Epiſcopi verba.

Hoc vero ſæculo fuiſſe etiam in academiis multos, qui omnem ferme theologiæ diſputationem ſophiſticis ineptiſque rationibus tranſegerint, utinam ipſi non fuiſſemus experti. Egit autem diabolus, quod ſine lachrymis non queo dicere, ut quo tempore, adverſum ingruentes ex Germania hæreſes oportebat ſcholæ theologos optimis eſſe armis inſtructos, eo nulla prorſus haberent, niſi arundines longas, arma videlicet levia puerorum. Ita irriſi ſunt à pleriſque, ac merito irriſi quoniam veræ theologiæ ſolidam effigiem nullam tenebant, umbris utebantur, eaſque ipſas utinam ſequerentur. Feruntur enim, ſcripturæ ſacræ principiis, cujus iſti vel umbras non ſunt aſſecuti. Quocirca homines verbo tenus in theologia magiſtri pugnavere illi quidem adverſum eccleſiæ inimicos, ſed valde tamen infeliciter. Male enim ſe res habet, cum quod ingenio, et eruditione effici debet, id tentatur a viris, qui et ingenio parum valent, nec ſunt admodum eruditi. Errabant illi autem a principio ſtatim ſtudiorum ſuorum. Cum enim facultates eas, quæ linguam expoliunt, mirum in modum neglexiſſent, cumque ſeſe in ſophiſtica arte torſiſſent diutius, tum demum ad theologiam aggreſſi, non theologiam, ſed fumum theologiæ ſequebantur. Quod ſi vetuperandi ſunt, qui per ignorantiam erraverunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui volentes et prudentes in errorem inciderunt? Nam cum rem perditam et collapſam ſua reſtituere auctoritate deberent, tempori, ut inquiunt, ſervientes non modo ſophiſmata non profligarunt, verum etiam auxerunt. Accedit tandem Millot, qui in Hiſt. Mod. Epoc ix. C. 8. ita ſcribit.

Un des grands avantages de la ſecte Luthérienne fut d'être ſoutenue par des theologiens lettrés, qui poſſédoient les langues ſavantes,

qui

ſignitè fædarum harum Hyenarum vivario poſſit dici quod Taſſus cecinit de Magicæ Armidæ palatio ;

[*Nè più il palagio appar, nè pur le ſue*
Veſtigia, nè dir puoſſi : egli qui fue.]

Tunc tandem Primitivus Chriſtianæ fidei redibit candor ; tandiuque exoptata illuceſcet epocha ab EXCIDIO HYDRÆ nuncupanda. Sed redeamus illuc unde divertimus.

H I G

HIGADO Hiſp. V. Jecur.

H O G

---

qui fouilloient dans l'antiquité eccleſiaſtique, et qui s'attiroient l'eſtime et la confiance des gens d'eſprit, en même tems que les enthouſiaſtes échauffoient le peuple. Il leur étoit facile de décrier les abus qu'une longue et groſſiere ignorance avoit introduits dans l'égliſe, et que malheureuſement on s'obſtinoit à défendre quelquefois avec autant d'ardeur que les dogmes. Il leur étoit plus facile encore de décrier la théologie dominante, qui ne les combattoit ordinairement qu'avec des ſubtilités et une morgue pédanteſques.

Et quidem, cum nec verbo, nec caritate, quæ cæterarum virtutum, Chriſtianæque religionis [quam per religionis ſimulationem indigniſſimè violant, ut ait Oſorius] fundamentum eſt, exteros ad Chriſtianæ religionis amorem allicere, fideleſque in ipſa religione confirmare non poſſent ; quid aliud illis ſupererat, niſi Chriſtianæ Militiæ arma abjicere, carnalia in eorum locum ſubſtituere, ac arripere *cruciatus*, *exilia*, *laqueos*, *ignem necemque*, ut imperioſiſſimum eorum ſpirituale dominium conſervarent, ipſorumque craſſiſſimam ignorantiam, inexplebiles voluptates, cæteraque vitia ſarta tecta tuerentur ?

H O G

HOGASA Hiſp. V. ſub Funus.

H O R

HORADAR, ab Ar. farad, ſecuit, incidit, pec. in foramen. Gol. p. 1784. *h* et *f* alternant. Hinc quoque forte manarunt
Lat. et It: forare, Luſ. furar.

HORRO, ab Ar. harr, liber evaſit è ſervo, taliſve fuit. Hinc quoque manarunt Luſ. forro, et forrar-ſe, amiſſam pecuniam recuperare.

H U I

HUIR Hiſp. V. Fugere.

I D A

IDADE. V. Ætas.

J A R

JARDIM. V. Gorra Hiſp.

JARRA Hiſp. jarro Luſ. giarra It. ab Ar. et Perſ. giarr, hydria, aqualis.

J A S

JASMIN Luſ. jaſmine, vel jeſſamine Angl. gelſomino, ſeu, ut ſcribit Arioſto, geſmini; a Perſ. iaſmin.

J U B

JUBON Hiſp. V. Giubba It.

L A B

LABAREDA Luſ. V. Llama Hiſp.

LABASA vel arrebaça, ab Ar. ribas, lapathi ſpecies. V. Gol. p. 930.

L A C

LACAYO. V. Lacchè It.

L A M

LAMINA Hiſp. et Lat. V. Lama It.
LAMPREA. V. Llama Hiſp.

L A Q

LAQUè, ab Ar. alaca, miſit, quaſi dicas miſſus. Gol. p. 2089. Hinc manarunt Gal. laquais, Angl. lackey, It. lacchè.

L A R

LARANJA, Angl. orange, ab Ar. et Perſ. narang. V. G. p. 2346.

L I N

LINDO Hiſp. V. Lindo It.
LINGUISA. V. Lucania.

L I R

LIRIO Hiſp. lilium Lat. lilly Angl. ab Ar. nir, vel nur, lux, lumen, flos, pec. albus. Vid. Gol. p. 2480. Latini igitur commutarunt lit. *n* et *r*, cum *l*. Græci vero et Hiſpani retinuere finalem *r*, et tranſmutarunt *n* in *l*, leirion: Porro commutationes lit. *l*, *n*, *r*, tot in omnibus linguis occurrunt, ut vix opus ſit exempla afferendi

rendi. Satis ergo ſit nonnulla tantum proponere.

Lat. Panormum, Palermo It.
Bononia, Bologna It.
Pampinus, Pampre Gal.
Venenum, veleno It.
Rapa, Perſ. lapha, Ar. lift, Chald. Lifta.
German. kind, Angl. child infans.
Æthiop. cabar, Chald. cabal, tenebræ.
Pehlv. la, Perſ. na, non.
Perſ. pol, Lat. pons, et cun, culus.
Gal. Flibuſtier, Angl. free-booter, pirata.
Syr. Marganita, Hebr. margarith, margarita.
Ital. Crederebbero, vel crederebbono, zingaro et zingano, &c.

L L A

LLAMA, ab Ar. lhab [per commutationem labialium] flamma. V. Gol. 2164. Hinc fluxere
Lampas [nazalando primam, et commutando labiales.]
Labareda et chama Luſ. flamma.
Lampreda It. lamprea Hiſp. lamprey Angl. lampyris Græco—Lat. ob micantes ſc. maculas.

L L E

LLENO Hiſp. V. Cheo Luſ.

L O B

LOBO Luſ. V. Lupus.

L O N

LONGANIZA. V. Lucania.

L U Z

LUZ Hiſp. V. Lux Lat.

M A C

MACHACAR Hiſp. et Luſ. ab Ar. maſhak, fodit haſta, deproperavit ictum, verberavit. Gol. p. 2231.

M A D

MADERA Hiſp. Vid. ſub Mato Luſ.

M A F

MAFOMA, mafamede, Hiſp. mahoma, ab Ar. mohamed, i. e. laudabilis. Eſt enim partic. paſſ. à v. hamad, laudavit.

M A G

MAGANO, ab Ar. maganat, dolus, deceptio, fraus, vel a particip. Ar. v. chan, decepit, defraudavit, vel tandem a partic. Ar. v. chana, ſcortatus fuit; cum utraque notio reperiatur ſub hac Luſ. voce. V. Gol. 766, 776.

M A H

MAHOMA. V. Mafoma Luſ.

M A L

MAL Hiſp. V. Malum.
MALGA Luſ. ab Ar. malag, rrulla. Gol. 2257.
MALVA Hiſp. V. Malva Lat.

M A N

MANGERICAM Luſ. ab Ar. et Perſ. rihan, herba odorata, pec. ocimum. Initiales *mange* additæ fuerunt ad indicandam excellentiam odoris,

ris, vel plantæ; ita ut ſit corruptio adject. *major*. Luſitani pronunciarunt *ricam* pro *riban*, quemadmodum evenit in *mihi* quod pronunciatur etiam miqui, ſeu miki. V. Gol. p. 1060.

MANO Luſ. V. Immanis.

MANTER, Angl. to maintain, ab Ar. man, curavit aluit, proſpexit de rebus ad vitam neceſſariis; et in v. conj. multum et abundanter erogavit. Hinc pariter derivanda puto

Gal. maint et mainte, abundanter.

Germ. man, menge, multitudo, abundantia.

Goth. man-ag,
Anglo-Sax. mæn-ige,
Angl. many,
} multitudo, multi, magnus numerus.

It. Ta-manto, tam magnus. Hinc igitur manarunt adverbiales terminationes L. L. Gal. It. et Luſ. nempe *ment*, et *mente*.

De lit. tandem *t*, quæ interjicitur in Luſ. et Angl. verbis, vide dicta ſub *Cantare* et *Mentiri*.

M A Q

MAQUILA, Luſ. maquia. Ab Ar. maquil, menſura, pec. aridorum, inſtrumentum ſeu vas quo eorum fit menſuratio. G. p. 2087.

MAR

MARACOTAM Luſ. V. Cotone It.

MARGEM Luſ. ab Ar. et Perſ. Marj, paſcua, prata viridia. V. Caſt. p. 505, et Gol. p. 2212.

MARTACORA, a Perſ. *mard*, homo, et *chor*, devorans. Unde ad verb. ſonat hominem devorans.

MARTILLO. V. Beetle Angl.

MAS

MASCARA, maſcarado, ab Ar. maſcharat, ludus, ludibrium, deridiculum. V. G. 1152. Hinc manavit Perſ. maſcharah, ludibrium, et homo larvatus. Caſt. p. 508.

MASMORRA, ab Ar. mazmor, locus occultationis. V. Gol. p. 1425.

MASSO Luſ. V. Ammaſſare It.

MAT

MATO Luſ. a Celt. mad, vel mat, ſilva, nemus, ſaltus. Primigenia et phyſica notio hujus Celt. vocis ſita eſt in extentione et materia, quæ ſine extenſione eſſe non poteſt. Porro hæc eadem notio aſſervatur in Ar. madd, extendit, pro-

produxit; maddat, materia; iſtamdad, tamdid, extenſio; moſtamad, recipiens materiam, &c. V. Caſt. p. 1993.

Igitur Celt. mad vel mat a contento ligno [quod per excellentiam maddat, i. e. materia fuit appellatum, ob frequentem illius uſum in arcis, caſis, tentoriis, &c. ædificandis] nomen accepit. Materiæ propterea phyſica ſignificatio lignum eſt, quæ exiſtit in Hiſp. madera, ex qua manarunt ſecundariæ notiones, nempe, res, negotium, argumentum, materia denique quævis, ex qua aliquid componitur; etſi præpoſterè, ut plerunque fit, ſecundariæ hæ notiones a lexicographis primo loco ponantur. De lit. vero *r* in fine Lat. vocis materia, vid. quæ dixi ſub voce Lyra Lat.

Tandem metaphoricam quandam ſignificationem Celt. vocis *mat*, quam præ manibus habemus, videor mihi videre in Perſica voce *mat*, i. e. perplexus, ad incitas redactus; anſa arrepta ab eo, qui in ſilvis perplexum iter invenit, nec quo pergat, quove ſe vertat ſcit. Sic enim intelligenda vox haec addita voci ſhah in ludo latrunculorum hoc modo, ſhah-mat, ineptum quippe eſt ad Arab. *mat*, i. e. mortuus eſt, recurrere.

Ita ut ſenſus duarum vocum ſit, Rex perplexus et ad incitas redactus. V. Xadres Luſ.

Materia Hiſp. matter Angl. Lat. pus, ab Ar. maddat, i. e. pus, a verb. madd, pus produxit vulnus.

M E A

MEAM Luſ. a Perſ. mian, mediocris, medianus. V. Meyo Luſ.

M E D

MEDALHA Luſ. V. Metallum.

MEDRONHEIRO Luſ. madrono Hiſp. Vulgò apud Mauros matranoiah. V. Gol. p. 220.

M E L

MELON Hiſp. V. Montone It.

M E S

MESCLAR Hiſp. V. Miſcere.

M E Y

MEYO Luſ. medium, centrum Lat. a Celt. *mi*, quod eſt Armen. *mid*, et aſſervatur in Hibern. *meath*, Angl. middle, in particula Gal. inſeparabili *mi*, ut in *mi-di*, *mi-nuit*, *mi-lieu*, &c. et tan-

tandem in Perſ. mian, inter, intus, in medio, medium rei, mediocris, medianus, &c. V. Caſt. p. 517. Hinc miolo Luſ. medula Lat. moelle Gal. quia ſc. in medio oſſium, vel arborum ſita eſt. Hinc quoque meridies Lat. pro medi-dies, quod reperitur apud Cicer. ad vitandam repetitionem lit. *d*; quod facile fieri potuit ob frequentem commutationem illiuſmodi lit. cum *r*, ut in

Gal. pourri, Luſ. podre.

Luſ. pedra, Gal. pierre.

Gal. tiendrai, viendrai, It. terrò, verrò.

Lat. rarus, It. raro et rado.

Hinc tandem manavit Lat. merenda, ſeu meridiana refectio, ubi adeſt eadem commutatio literarum *d* et *r*.

M I O

MIOLO. V. Meyo Luſ.

M I S

MISSA Hiſp. V. Miſſa Lat.

M I T

MITRA Luſ. V. Atar.

M O F

MOFINA, Hiſp. mohina, ab Ar. mahnat, afflictio, calamitas. G. p. 2199.

MOFTI Luſ. V. Mufti Angl.

M O H

MOHATRA, Mohatrero, ab Ar. chatar, decepit, circumvenit. V. Gol. p. 682.

MOHINA. V. Mofina Luſ.

M O N

MONSAM Luſ. V. Monſoon Angl.

M U N

MUNGIR Luſ. V. Mulgeo.

M U R

MURENA. V. id. It.

N A D

NADIR, Hiſp. It. &c. ab Ar. nathir. Gol. P. 2399.

N A I

NAIRES. V. Lat. Nero et Nervus.

N A L

NALGAS Hiſp. V. Nates.

N A R

NARIZ. V. Naſo It.

N E G

NEGAçA Luſ. annagaça Hiſp. i. e. *avis illex*, ab Ar. naghſh, *motus*, *incitatio*, *propulſio*, *noxæ illatio*. V. Gol. p. 2332. Notum nanque eſt illices aves alias motu ſuo incitare, in retia propellere, illiſque tandem noxam inferre.

NEGOCIO Hiſp. V. Negotium.

N O M

NOMBRE. V. Nomen.

N O R

NORA Luſ. ab Ar. naurat, i. e. mola aquaria a ſono ſuo ſic dicta. V. Gol. 2404.

NORTE. V. North Angl.

N U B

NUBE Hiſp: et It. V. Nubes.

O B R

OBRAR Hiſp. V. Operari.

O R U

ORUGA Luſ. V: Eruca Lat.

O U

OU Luſ. V. Aut.

O U R

OURIÇO. V: Hériſſon Gal.

P A J

PAJE Luſ. paggio It. page Angl. a Perſ. faije, quæ vox derivatur ab Ar. afaj, feſtinavit, cucurrit. V. Caſt. p. 423, et Gol. p. 1831.

P A L

PALANGANA, ab Ar. fengian, quod eſt Perſ. bangan, catinus. V. Gol. 1825. Vide quomodo labialis pro labiali alia ponatur, literaque *l* interjiciatur, ut alibi monui, pec. ſub voce *Cera* It.

P A N

PANELA Luſ. V. ſub v. Camus.

P A P

PAPAGAIO, ab Ar. babaghà. Gol. 213.

P A R

PARQUE Hiſp. V. Park Angl.

P A T

PATO, ab Ar. et Perſ. bat, anas, vel anſer. G. p. 284.

P E C

PECEGO Luſ. V. Perſica It.

P E R

PEREGIL Hiſp. V. Petro-ſelinum Lat.

PERSOBEJO, ab Ar. ſesſes, cimex. G. p. 1796.

P I C

PICARON Hiſp. picaro Luſ. piccaro It. ab Ar. ſagiron, improbus, ſceleſtus, mendax. V. G. p. 1760.

P I L

PILOTO Hiſp. pilot Angl. ab Ar. ſallah nauta, eo quod ſecat mare. Gol. p. 1822. Lit. *f* et *p* alternant.

P L E

PLEGAR. V. Piegare It.

P L I

PLIEGO, pliegues. V. Piegare It.

P O R

PORTUGAL: V. Calheta Luſ.

P R A

PRADO Hiſp. V. Pratum.

P R E

PREGO. V. Piegare, It.

PULAR Luſ. V. Balire It.

P U R

PURPURA, ab Ar. ferfer. G. p. 1773.

QUA

QUADRAR Luſ. forte ab Ar. *kadar* aptare.

QUE

QUERER. V. Gorra Hiſp.

QUESO Hiſp. quejo Luſ. V. Caſa.

QUEXAR-SE Hiſp. eſt inverſum Ar. v. ſhac, queſtus fuit, doluit, objurgavit. Hinc [abſque metath.] a-chaque Hiſp. et Luſ. i. e. morbus, derivatur.

QUI

QUILATE Luſ. carrot Angl. carato It. ceratium Lat. ab Ar. karat, quod eſt Perſ. kirat. Gol. 1887.

R A B

RABANO Hiſp. V. Raiz Hiſp.

RABEL Hiſp. et Luſ. rebec Gal. ab Ar. rabab. Gol. p. 925.

R A I

RAIZ Hiſp. et Luſ. radix Lat. riza Græc. ab Ar. ezr. radix per metath. ait Gol. p. 87. Mihi tamen potius videtur derivandam eſſe hanc vocem ab Or. rai, radix, qua voce rha-barbarum indigitabant Syri per excellentiam. V. Caſt. p. 3487. quemadmodum Angli corticem Peruvianum bark, i. e. *corticem* nominarunt. Latini autem rha-barbarum dixerunt, quia ex Barbarorum terris advehebatur radix illa, et Rha-ponticum, quia ab ultramarinis locis, vel ab oriente veniebat. Hinc tandem plurium eſculentarum radicum nomina fluxere, ut

Lat. rapa, rapulum.

Gal. rave; Hiſp. rabano; Angl. radiſh; Syr. raphan.

Angl. root.

Gal. reponſe, It. raperonzolo.

It. regolizia ; Angl. licoriſh, i. e. radix dulcis.

R A S

RASGAR Hiſp. et Luſ. V. ſub Gremium.

R E C

RECAMAR Hiſp. ricamare It. ab Hebr. rakam, i. e. acu pinxit ; cui concinit Ar. rakam, punctis notare ; unde rakmon, i. e. pictura acu facta, ſpecies ſtriatæ, acuque pictæ veſtis. Gol. p. 1027.

RECUSAR Luſ. V. Rifuſare It.

R E G

REGALIZA Hiſp. V. Raiz Hiſp.

REGUEIFA Luſ. ab Ar. reghef, libum. G. p. 1009.

R E H

REHUSAR Hiſp. V. Rifuſare It.

R E S

RES Hiſp. et Luſ. [vel cabeça de gado] ab Ar. ras, caput, &c. unde ras ghanam, pecus de grege unum, Gol. p. 921.

RET

R E T

RETAMA, ab Ar. ratam, geniſta. G. p. 942.

R E Y

REY. V. Rex.

R I Q

RIQUEZA Luſ. riches Angl. ab Ar. raccaz, aurum argentumve continuit minera. Unde fluxit *ricaz*, i. e. foſſilia terræ pretioſiora, opes, theſauri, pars auri argentive. V. Gol. p. 1032, et ſub v. *Rakkah*, p. 1024.

R O B

ROBAR, It. rubare, a Perſ. rabu-dan rapere, eripere.

R O M

ROMAM, ab Ar. et Perſ. roman, malum punicum.

M O N

RUDO Hiſp. V. Rudis Lat.

R U Q

RUQUETA Hiſp. V. Eruca Lat.

S A C

SACANA, ab Ar. ſahac, fricatrix. G. 1149.

SACRE Hiſp. ſaker Angl. [ſpecies falconis] ab Ar. fakr, accipiter, omnis avis prædatrix. V. Gol. p. 1367.

S A F

SAFADO Luſ. Lat. tritus, ab Ar. ſaffa, ſub quo extant notiones ſubtilitatis, pelluciditatis, raritatis et tenuitatis in veſtibus, ita ut tranſpectum præbeant. Hinc quoque manaſſe puto Gal. chiffon.

SAFIO. Forte ab Ar. ſafih, inſipiens, ſtolidus, temerarius fuit. G. p. 1183.

S A G

SAGRES [oppidum in Luſit.] ab Ar. ſachr-at, ſcopulus, lapis magnus, duruſque. A rupibus igitur ſuper quas oppidum illud, vel arx ſita eſt, nomen accepit. Hinc etiam manavit *Zagrus* montis nomen in Aſia. Gol. p. 1343.

S A H

S A H

SAHUMAR Hiſp. ab Ar. ſham, olfecit. Unde fluxit ſhamum, odorabilis, ſeu odorata res. Gol. p. 1308.

S A L

SALA Luſ. V. Sala It.
SALAMANDRA Hiſp. &c. V. Salamandra Lat.
SALEMA Luſ. V. Zalema Hiſp.
SALGUEIRO Luſ. V. Sala It.
SALTAR Hiſp. It. &c. V. Saltare Lat.
SALTERIO Hiſp. It. &c. V. Pſallo.

S A M

SAMARRA Luſ. V. Zimarra It.

S A P

SAPATO Luſ. Forte ab Ar. ſafad, conſtrinxit et ligavit, unde ſafed, vinculum. Accedit Lat. ſandalum, a Græco ſandalon, quæ eſt vox compoſita ex *ſanis*, tabula, et *Deo* ligare; quia ſc. ipſis pedes alligamus.

S A R

SARAIVA, ab Ar. zarib, nix, glacies, pruina. G. p. 1410.

SARDAŎ, ab Ar. hardaon, lacerta. G. p. 595. Alternant *h* et *ſ*, ut alibi exemplis confirmavi.

SARDINA Hiſp. Sardine Gal. ab Ar. ſor, quod fuit nomen urbis Tyri, cujus mare piſce hoc abundabat. V. G. 1390.

S A T

SATAN Hiſp. V. Satanas Lat.

S E C

SECO Hiſp. V. Siccus.

S E L

SELHA Luſ. ab Ar. ſell, qualus, ſporta, caniſtrum. V. G. 1194.

S E M

SEMANA, ab Ar. zeman, quæ vox etſi tempus in univerſum deſignet, potuit tamen ad ſeptenarium dierum numerum reſtringi; ut ex variis Danielis locis colligi poteſt.

S E N

SENDA Hiſp. V. Semita Lat.
SENHOR. V. Sala It.
SENNAL Hiſp. V. Signum.

S E R

SERAO Hiſp. V. Siren Lat.
SERENO Hiſp. V. Serenus Lat.

S E T

SETIM Luſ. V. Sindon.

S I G

SIGàNO Luſ. V. Zingano It.

S I H

SIHARà [in Luſit. Brazil.] ab Ar. et Perſ. ſahrà, campus, rus, eremus, deſertum, ubi nihil provenit. V. Gol. p. 1331, et Caſt. p. 389.

S I R

SIRENA Hiſp. V. Siren Lat.
SIROCO Hiſp. V. Scirocco It.

SOC

SOCARRON. V. Eſcarnecer Luſ.
SOCCO Luſ. V. Souche Gal.

SOP

SOPA V. Sap. Angl.
SOPHI Luſ. Gal. &c. ab Ar. Sofi, quod eſt nomen Regum Perſiæ poſt Iſmaelem. Sic autem fuere appellati a ſof, i. e. lana, quia lanea veſtimenta induebant.

SUM

SUMAGRE Luſ. V. Sumach Angl.

TAC

TACHO Luſ. eſt Ar. taſt, Perſ. taſht, et Ar. men. daſht, i. e. pelvis ex cupro. Caſt. 394.

T A G

TAGAROTE Hiſp. a Perſ. taghri, i. e. ſequioris generis falco. Futilis omnino, ut plerunque, etymologia illa eſt, quam Hiſpani Lexicographi tradunt de hac voce, quam vide, ſi lubet, in Aldrete. Origo Perſ. vocis eſt ab Ar. tagham, vilis et inferioris ordinis homo, et ſequioris generis avis, vel fera. Gol. 1464.

T A L

TALISMAN Luſ. V. Taliſman Angl.

T A M

TAMAGA Luſ. V. Domare Lat.

TAMARA Luſ. ab Hebr. Chald. et Perſ. tamar dactylus.

T A R

TARACENA, vel Tarezena Luſ. V. Terecena Luſ.

TAREFA Luſ. i. e. penſum, ab Ar. tarif, quod eſt infin. ii. conj. a v. araf, indicavit, notum fecit.

TARRO Luſ. i. e. mulcrale; ab Ar. darr emiſſio lactis. Gol. p. 809.

TAS

TASA. V. Tazza It.

TER

TERECENA Luſ. atarazana vel arſenaa Hiſp. darſena, arzana, vel arſenale It. arſenal, vel arſenac Gall. terſhaneh Turc. Clariſ. Gebelin hanc vocem derivat ab Ar. dar locus, manſio, habitaculum, et verbo ſanna formavit, cudit, acuit, polivit, &c. erit igitur vox atarazana, arzana vel arſenaa, &c. idem ac locus ubi cuduntur vel formantur armamenta. Verum etſi hujuſmodi vox etiam ad armamentaria, ſeu loca in quibus cuduntur, vel cuſtodiuntur arma, deſignanda ſit tranſlata; primaria tamen notio a re navali petenda videtur. Darſena quippe eſt Latinè idem, ac *portus interior*, *vel intima portus pars*; et arſenale, Latinè vertitur *navale* vel locus ubi naves conſtruuntur, vel in quo naves ipſæ, et navalis materia cuſtodiuntur. Quod attinet ad Luſ. *terecena*, initialis *t* erit fortaſſe Or. artic. [qui aſſervatur in Angl. The, ut alibi monuiſſe me memini] quo ablato remanent radicales *r*, *ſ*, *n*, quæ conveniunt cum Ar. *r*, *z*, *n*, in voce razan, i. e. locus

locus ubi aqua quieſcit, ut nempe eſt interior portus, vel intima portus pars, ſive It. darſena. Unde factum, ut ædificium prope illiuſmodi locum ſitum [in quo materia ſuppellexve navalis cuſtodiri, naves conſtrui, aliaque ejuſmodi commodè fieri poſſent] terecena, ſeu darſena appellaretur. Quæ appellatio facile ad armamentaria, aliave ſimilia loca transferri potuit. Quod ſi quis Or. artic. rejicere voluerit, poterit lit *t* in Luſ. terecena, vel *d* in It. darſena velut purè præfixas conſiderare, de quo extant exempla apud Gebel. Menagium, &c.

Quod autem ſpectat ad v. Arſenale, vel arzana, &c. dubium non eſt quin ejus origo a re pariter maritima, ſeu navali, ac ex Or. ſit repetenda. Meurſius putat v. *arſenales*, quae reperitur in inſcriptione Græca, [quam vide apud Gruterum, pag. 169] derivari ab It. arſenale ; quod tamen veriſimile non eſt ob vetuſtatem illius inſcriptionis, quae exarata fuit Conſtantinop. ſub Theophilo Imper. Quodſi in vicem art. Or. *t* ſubſtituas lit. *a*, [quae praefigi vocibus ſaepiſſimè ſolet, ut variis in locis exemplis firmavi], auferaſque finalem *l* [ut reapſe It. abſtulerunt in v. arzana, necnon Burgundiones ac Lotharingii in fie, cie, mie, pro fel, caelum, mel] remanebunt eadem

radicales Ar. *r*, *z*, *n*, ut ſupra. Tandem poterit v. arzana, &c. [quod magis mihi arridet] derivari ab Ar. al-raſon, quod pronunciatur arraſon, quodque eſt nomen actionis v. raſa, i. e. ad anchoram ſtetit navis; in iv. conjug. appulit in portum, firmatum reddidit, firmiter fixit. Sub derivativis vero extant ſequentes notiones: Locus ubi quid firmiter conſiſtit, ſpec. portus, et demum anchora ipſa ad quam firma conſiſtit navis. Ab illo igitur loco ubi firma conſiſtit navis, a portu ſc. nomen accepit aedificium juxta ipſum conſtructum. V. Gol. p. 986. Vix potui animum inducere, ut *actionis* nomen in vicem nominis *loci* ſubſtituerem. Verum cum nomen loci ejuſdem v. etiam actionem indicet, [v Gol. p. 987] fieri potuit, ut viciſſim nom. act. pro nomine loci poneretur. Demum, ut ut haec ſunt, tamen pro certo habendum puto origines vocum, quas prae manibus habemus, non aliunde, quam ex Arab. quas attuli, repetendas eſſe.

T E T

TETA Hiſp. V. Tetta It.

T O L

TOLDO Hiſp. V. Tilt Angl.

T O R

TORONJA, ab Ar. turunj, malum medicum. V. G. p. 380.

T R E

TREMOÇOS. ab Ar. tormos. V. G. p. 380. Hinc quoque manavit Græc. *termos*, lupinus.

T U F

TUFAŎ, ab Ar. tufan. G. 1491. Hinc quoque fluxit Typhon.

V A O

VAO Luſ. V. Vadare.

V A R

VARGEM, vel varzea Luſ. V. Rus.
VARINHA de Condao Luſ. V. Condam Luſ.

V A S

VAS

VASSALO Hiſp. et It. vaſſal Angl. et Gal. ab Ar. vaſal, ſub quo extant notiones adhæſionis, ac conjunctionis, pec. fædere, amicitiâ aut conſuetudine firmatæ. In iii. conjug. annexus fuit, adhæſit, continuò una cum alio fuit. In ii. vero conjug. invitavit vir more antiquorum dicens: *Ia Fulan, dixit Deus id ſtudioſè præſtari oportere*; quæ priora vaſſallis; poſteriora autem Dominis ſeu Principibus nimium quantum conveniunt, cum vaſſallos ad pollicita exſolvenda exhortantur. Vid. Caſt. p. 970. Hinc Hiſp. alguazil, lictor, ſeu ſatelles. Hinc quoque forte Angl. ſlave facta Metat. necnon It. ſchiavo, et Hiſp. eſclavo; quia nempe Domino ancillatur, eique adhæret.

VEN

VENDA Hiſp. et Luſ. V. Benda It.

VER

VERGEL, a Perſ. Verez. V. Rus.

X A D

XADRES Luſ. Axedrez Hiſp. cheſs Angl. latrunculorum ludus. Luſ. v. compoſita eſt ex duabus Perſ. ſhah, rex, et drs, lectio, documentum. Vox autem drs eſt ab Ar. daras, cujus primaria et phyſica notio ſita eſt in tritura, ſeu trituratione. V. Levit. xxvi. 5. Secundaria vero in attenta ac aſſidua lectione, vel literaria exercitatione, quibus homo veluti tritus, ac bene edoctus evadit. Erit igitur xa-dres ad lit. lectio, documentum vel exercitatio regis. Eſt enim hujuſmodi ludus veluti adumbratio ſcientiæ militaris, quæ reges maximè decet; in quorum uſum ludus hic fuit compoſitus; non aliter ac opuſcula ſhah-namè, &c. Et vero ſi aliorum ludorum quorundam originem inveſtigare voluerimus, ut v. g. ludi, qui Gal. appellatur ombre; et alterius qui a Gal. pariter vocatur tarots, ab It. vero tarocchi; inveniemus illum nomen accepiſſe ab Hiſp. hombre, quia ſc. eſt quædam humanæ vitæ adumbratio; hunc autem Ægyptium eſſe librum totius, ut ita dicam, univerſi, ac humanarum viciſſitudinum

repreſentationes continentem ſub ingenioſiſſima pulcherrimaque allegoria; cujus explanationem vid. T. 1. Var. Diſſert. celeberrimi Gebelini, viri ſane varia eruditione repleti, omniumque oratorum laudibus longe majoris, quemque eheu! nunc eruditi omnes lugent. Porro ex hoc eodem v. Ar. videtur derivari Angl. to threſh, terere.

Illud tandem obſervaſſe juverit, ludum ſc. hunc inventum fuiſſe a Zezeh eben Daher Indo, vocarique a Perſis ſhatrang, quæ vox corrupta videtur ex duabus Perſ. ſhaſh, ſex; et rang, ſpecies; quia ſc. ſex ſunt nomina latrunculorum, nempe ſhah rex, ferzin regina, fil elephas, fers eques, roch turris, et pidec pedes. Quæ voces, cum Perſicæ ſint, ineptum videtur ad Ar. mat recurrere in phraſi ſhah-mat, ut monui ſub Luſit. v. mato. Et vero in *Gazoph.* L. P. phraſis It. dar ſcacco mato vertitur: perplexum facere.

X A R

XAREL, ab Ar. ſhiar, operimentum equi. Gol. p. 1288.

X I C

XICARA Luſ. V. Echanſon Gal.

Z A G

ZAGAL, ab Ar. ſhachal adoleſcens. Gol. p. 1261.

Z A L

ZALEMA Hiſp. ab Ar. ſalam, pax, incolumitas, ſalutatio, ſalus. Hinc manat ſalama-lec Gal. i. e. ſalam, pax, ſalus, lec tibi. Hinc ſalus, et ſalutare.

Z A Q

ZAQUE, ab Ar. zek, uter, in quo vinum, et alia reconduntur. G. p. 1102.

Z A R

ZARABATANA Hiſp. et Luſ. ab Ar. zabatana, tubulus jaculatorius, per quem, efflatis glandulis, petuntur aves. Gol. 2821.

ZARAGUELLES Hiſp. ceroulas Luſ. ab Ar. ſaravil, quod eſt Perſ. ſhalvar, i. e. femoralia. V. G. 1168.

ZAR-

ZARCO, zarcam Luſ. ab Ar. zarak, caerulei coloris qualitas, et zorkat caeruleus. V. G. p. 1095.

Z U E

ZUECO Hiſp. V. Souche Gal.

Z U M

ZUMAQUE Hiſp. V. Sumach Angl.

SPECIMEN
ETYMOLOGICUM QUARTUM,

OSTENDENS

Affinitatem L. *Angl.* cum *Arab.* vel *Perſ.*

A B I

TO A-BIDE, vel to bide, ab Ar. *bat* pro *bait*, commoratus eſt, ſubſtitit. De præfixa lit. *a* alibi exempla attuli. V. G. p. 354.

A B O

ABODE. V. To abide Angl.

A M A

To AMASS. V. Amaſſare It.

A N I

ANISE V. Aniſum Lat.

A P R

APRICOT. V. Bricocoli It.

A R R

To ARRAY Angl. arreyar Luſ. arredare It. a Celt. rhei, ordo, diſpoſitio, &c. quæ vox Orientalis eſt, aſſervaturque in Perſ. v. aras-tan, i. e. ornare, inſtruere aciem, perpolire, parare, aptare, adornare, præparare, ordinare, diſponere, inſtaurare, apparare. Hinc fluxere ut quidam volunt, Angl. to range, to rank; Gal. arranger. Etſi ultima hæc potius derivari putem a Perſ. rajah, [naſalando primam] quae vox cum v. aſtadan, et repetita, ſignificat ſtare unum poſt alterum, aut alteri à latere, ut in acie, &c. cum v. cardan, ordine diſponere; cum naſhandan, et daraght arbores ſerie plantare, &c. V. Caſt. p. 289.

A S H

ASHES, ab Ar. as, reliquiæ cinerum in camino. G. p. 184.

A S S

A S S

To ASSASSINATE. V. Aſſaſſinare It.

ASSWAGE. Fortè ab Ar. asîvat, ſolamen. G. p. 107.

A T T

To ATTACK, a Perſ. tach-tan [pruefixa lit. *a*, ut ſaepiſſime alibi] *impetum facere*, *irruere*, *perſequi*, *currendo certare*, *certando concurrere*. Unde taz, i. e. impetum faciens, et impetus in hoſtes. V. Caſt. p. 171.

B A C

BACKWARDS. Vox compoſita ex Angl. inſeparabili particula *wards* et back, quae vox videtur derivari ab Ar. bak, ſub quo extant notiones *reliqui*, *rei reſiduæ*, *reſtantis* vel *retrò manentis*. Vid. Wards Angl. et G. p. 305.

To

BAK

To BAKE, a Perſ. poch-tan, coquere. Hinc quoque manarunt

Polon. pieke
Illyr. pecchi } coquere.
Germ. backen

BAL

BALEFUL, ab Ar. balaon, tentatio, aerumna, afflictio, ſollicitudo, metus. V. Gol. p. 325, 326.

To BALK, balk. V. Bubulcus.

BALL. V. Balire It.

BAN

BAND. V. Benda It.

BANNER. V. Bandera Hiſp.

BAR

BARDASH. V. Bardaſſa It.

BARRACK. V. Barraca Hiſp.

BARREL. V. Barril Luſ.

BARREN. V. Brenhas Luſ.

B E

To BE, a Perſ. bu-dan eſſe, exiſtere, cujus prima praeſ. perſona eſt *am* eadem ſc. ac Angl. Alibi ſaepe monuiſſe me memini vocales pro nihilo reputandas, cum vocum etymon inveſtigamus; nihil enim refert *ſalam*, vel *ſalim*, aut *ſulum* dicere, ut ait D. Hieronimus. Porro ut aliqua exempla afferam de vocali *u* in Perſ. v. *bu-dan* [nam de aliis vocalibus, pec. de vocali *a* plura ſunt allata ſub voce *nomen*] en vobis pauca, in quibus eadem vocalis vertitur in *i*.

Arab. *nur* vel *nar* in Ling. Pehlv. *nira* ignis.

Lat. *ſua*, apud Rhethicos *ſia*.

natura, *natira*.

ſulcus, Gal. *ſillon*, quod eſt Sax. *ſilh*.

gyro, et *guro*; *ſatura* et *ſatyra*.

Angl. *full*, Goth. *filu*, abundans, plenus.

Gall. *foule*, It. *folla*, Cimbric. *fiol* turba.

Mirum igitur non eſt, ſi ex Perſ. bu-dan derivatur Ang. *be*, quod pronunciatur *bi*.

Accedit Illyr. *bi-ti* eſſe. Perſae igitur, Illyrici, et Angli dentalibus utuntur ad deſignandum Præſ. infin modi, ut in

Perſ. *bu-d-an*, Illyr. *bi-t-i*, Angl. *i-o-be*.

Da-ſh-tan, Ill. *ima-t-i*, Angl. *t-o-ha-ve* habere, &c.

B E A

BEAN. V. Ammaſſare It.

To BEAR, a Perſ. bur-dan portare. Hinc quoque manavit Angl burden, onus. V. Brenhas Luſ.

B E D

BED, ab Ar. beit, quia in ipſo pernoctamus, quæ eſt notio Ar. v. nempe, pernoctare, noctu commorari. Gol. p. 354.

B E E

BEETLE, ab Ar. bartil, malleus, ſeu inſtrumentum ferreum, quo petræ finduntur. V. G. p. 258. Hinc manarunt Belg. beitel, It. martello, Hiſp. martillo, Lat. martellus vel martulus; *b* et *m* alternant. Lit. *r* ſæpe interjicitur, ut alibi in hoc Spec. exemplis probavi.

B E G

To BEG, forte ab Ar. begh, petiit, expetivit, cupivit. Gol. p. 299.

B E R

BERGAMOT-PEAR. V. Bergamota Hiſp.

BER-

BERRY. V. Brenhas Luſ.

B I D

To BIDE: V. Abide Angl.

B I N

To BIND. V. Benda It.

B I R

BIRTH. V. Spring Angl.

BLAZON, Hiſp. blaſon, Luſ. blazam vel brazam, ab Ar. balad, ſignum. Nihil aliud quippe eſt blazon, niſi ſignum, vel inſigne gentilitium in ſcuto depictum. V. G. p. 314.

B O D

BODY. Forte ab Ar. badan, corpus. Gol. p. 238.

B O G

BOG, ab Ar. bokah, locus depreſſior ubi ſtagnat aqua. Gol. 303.

BOG-HOUSE Angl. a Perſ. bagah, latrina. Caſt. 86.

B O L

BOLSTER Angl. a Perſ. balſht, vel balſh, cervical, pulvinar. It. linteum, quo obligantur vulnera, teniæve iis impoſitae. Caſt. p. 88.

B O R

To BORE. V. Berruma Luſ.

B O U

BOURN. V. Spring Angl.

B R E

BREAD, brot Theuton, ab Orient. brout, cibus, alimentum. V. Caſt. p. 431, ubi extat v. brê comedit, manducavit, paſtu ſe refecit. Igitur bread [panis] *cibus* per excellentiam fuit appellatus. Quodſi vocis brout, mediam lit. naſalaveris; dentales cum dentalibus; labialeſque tandem cum labialibus commutaveris, orietur Lat. prand-ere, innuens actionem ſeſe lautius reficiendi; quae eſt etiam ſignificatio Ar. v. brath, ſc. epulatus eſt amplo et lauto convivio. V. Caſt. p. 451.

B R I

To BRING, bride. V. Brenhas Luſ.

B R O

BROOK. V. Spring Angl.
BROTHER. Affinitatem habet cum Perſ. broder, et cum Lat. frater.

B U M

BUM, forte a Perſ. bun, podex.

B U R

BURDEN. V. To bear Angl.
To BURGEON. V. Bourgeonner Gal.

B U S

BUSS. V. Bucentaurus.
To BUSS. V. Baſiare.

B U Y

To BUY, ab Ar. baa pro baia, emit. Gol. p. 359.

C A K

CAKE, affinitatem habet cum Ar. et Perſ. cak panis bis coctus. V. Caſt. p. 434, et G. p. 2043.

C A N

CAN. V. Gonna It.

C A R

CARAT. V. Quilate Luſ.
CAROB. V. Carruba It.
CAROUSE, Gal. carouſſe. Forte a Perſ. *caroz* hilaritas, cantus, ſaltus. V. Caſt. p. 451.
CARRIER, to carry, ab Ar. car, conductor, mulio. V. G. p. 2027 et 2014.
To CARVE, graver Gal. gravar Hiſp. ab Ar. carb, invertere, ſeu ſollicitare aratro terram, et etiam Metaph. anxit animum, preſſitve dolor. [Nota præpoſteram collocationem notionum apud Gol.] Si igitur Ar. et Lat. phyſicam notionem *arandi* ſeu ſollicitandi aratro terram etiam ad animum tranſtulere; non video cur aliæ nationes phyſicam notionem Ar. verbi, vocemque ab eodem deſumptam, ad marmor, æs, ar-

artemque demum ſculpendi ſeu incidendi non tranſtulerint; eo vel magis, quod Lat. dicere non dubitarunt: *ſollicitare aquas*, *forem*, *feras*, *ſpicula*, &c. Ex hac Ar. v. prodierunt

Græc. graphtis, inciſio in univerſum, et pec. in corpore humano. Facta ſc. commut. labialium *b* et *p*.

Græc. gramma [facta commut. labial.] linea, et litera, quia ſc. utraque incidebatur in tabellis, marmore, &c.

Grammatica, quae nihil aliud primo fuit, niſi ars ducendi lineas, ac incidendi literas, ſeu ſcribendi.

Grammateus [apud Apul.] ſcriba, tabularius.

Grammicus [apud Vitruv.] i. e. linearis.

Grammatias [genus jaſpidis] a lineis, quas habet.

Grammatophylacium [apud Ulp.] tabularium.

Graec. graph-ein, ex quo manat ſ-crib-ere Lat. prefixa ſibillante f. ut recte monuit Cl. Hinckelman praef. in Cor. Sic tandem evenit in

Lat. ſ-crupulus, ab angendo ſc. ſ-crobs, ſ-croſa, a fodicando, nempe; ſ-calp-ere et ſ-culp-ere, facta commut. praeterea lit. *l* cum *r* verbi Ar. et altern. labialium; ſ-calp-rum, &c. V. Lirio Hiſp.

C A S

CASE Angl. V. Caſa.

C A T

CAT, ab Ar. ket, felis mas. Gol. p. 1925.

C A U

CAULDRON. V. Caldeira Luſ.

C H A

CHAMBER. V. Camus.
CHARGES, ab Ar. et Perſ. charg, ſumptus, quod expenditur de opibus. Gol. p. 694.
CHARMING. V. Harmonia Lat.
To CHASE, vel to hunt. V. Caçar Luſ. et Coſario Hiſp.

C H E

CHEAR. V. Cara Hiſp.
CHERRY. V. Ceraſum Lat.
CHEESE, cheſt. V. Caſa.

C H I

CHICH-PEASE, chicken. V. Chico Hiſp.

CHI-

CHISEL. Forte a Perſ. gazlk, ſcalpellum, ferrum quo ſculptores figuras ſculpunt. V. Caſt. p. 442.

C L A

To CLASP. Forte a Perſ. ciaſp-idan, ſub quo extant notiones agglutinandi, jungendi, conjungendi. V. Caſt. p. 207.

C L E

CLEW. Affinitatem habet cum Perſ. *clula* et Lat. *glomns*. V. Caſt. p. 429.

C O A

COAT, vel cottage Angl. a Celt. cad vel cat, vas, ſeu quælibet res apta ad continendum, cooperiendum, &c. quæ notiones aſſervantur in Perſ. vel potius in Pechluanica Ling. in voce cad, i. e. domus, caſa, latibulum. Hinc fluxere Lat. cadus, catinus, quod eſt It. catino. V. Caſt. p. 441.

C O F

COFFEE, V. Cafe Luſ.

C O P

COPPER. V. Cobre Luſ.

C O R

CORNER, a Perſ. canar angulus. Nec obſtat interjecta lir. *r*. V. ſub v. Dumb Angl.
CORPORAL, caporale It. V. Caput.

C O T

COTTAGE. V. Coat Angl.

C O U

COUGH. Accedit Perſ. choſte, vel chof tuſſis, et chafan-dan tuſſire. V. Caſt. p. 241.
To COUGH, ab Ar. kahb tuſſivit. Accedit Perſ. choſte, Angl. a cough, tuſſis. V. Gol. p. 1857, et Caſt. p. 241.
COUSIN Angl. et Gal. a Perſ. choiſh, nazalando ultimam. [Expreſſi lit. quibus vox ſcribitur, etſi pronuncietur cheſh, vel chiſh,] conſanguineus, cognatus, propinquus, affinis.

C O W

COW, a Perſ. gaw. V. Vacca Lat.

C R A

CRANE, ab Ar. carwan, grus. Gol. 2028.
CRAVAT. V. Gorra Hiſp.

C R E

CREW, a Perſ. karuh, cohors. V. Caſt. p. 451.

C R O

CROWN. V. Gorra Hiſp. et Corona.

C R U

CRUST. V. Cruſtum.

C R Y

To CRY, a Perſ. criſ-tan, flere. V. Gridare It.

C U B

CUBEBS. V. Cubebas Luſ.

C U F

To CUFF, a Perſ. cuf-tan, percutere.

C U M

CUMMIN. V. Cuminum.

C U N

CUNNING. V. Condam Luſ.

C U P

To CUP. Cucurbitas alicui parti corporis admovere, *cupper* qui illas admovet, et a *cupping-glaſs*, cucurbita, a Perſ. copah, i. e. cucurbita chirurgica vitrea. Caſt. 476.

C U R

CURL. V. Gorra Hiſp.

C U T

To CUT, ab Ar. katt, ſecuit. Gol. p. 1924.

D A R

TO DARE, ab Ar. tharra, impetum fecit, irruitque. Ex eadem voce oriuntur thauron taurus, et Græc. *tharrein* audere; quinimo et Luſ. *atreverſe*. V. Gol. 454.

DARK

DECRETUM, ab Ar. Kadar, ſub quo extant notiones Sequentes: potuit, valuit, prædeſtinavit, neceſſarium fecit, decrevit; item decretum, fatum, providentia. Metatheſin hujuſmodi nemo mirabitur, qui, inter multas, illam præcipuè perpenderit, quæ in voce gradus, ab Arab. daraja reperitur. Ab Arab. Kadar. derivantur Cambr. Kadr et Kadarn, fortis, validus.

D E L

DELUBRUM, ſive, ut aiunt, proprie Locus ante templum, ubi aqua currit, affin. h. cum Arab. deblon, rivulus Gol. p. 794.

DEU

DEUS, affinit. h. cum Perſ. *Dei*, quod eſt nomen proprium Dei excelſi; et Hibern. *dia* vel *die*, Deus.

DIO

DIONYSIUS, (ſive Bacchus) vox videtur compoſita ex Ar. *du*, i. e. Dominus, et Nyſa, ubi, nempe, genitus, et educatus fuit.

DIV

DIVUS, Seu dius, à Perſ. *dieu*, i. e. gigas. 2°. diabolus, dæmon, genius, Spiritus, animus hominis, &c. Ex primaria igitur, et phyſica notione gigantis, vel illius, quod eſt rarum, ſuperius, mirum, &c. Ortæ ſunt reliquæ notiones *Spiritus*, *genii*, &c. Ita Perſæ *Peri*, (quædam gigantea proles) in Spiritus convertere. Sic pariter in Eccleſia Chriſti homines probitate morum conſpicuos Divi fuerunt appellati, quæ vox à Latinis ex Perſica *diu*, in Heroum apotheoſi-antea fuit adhibita. Veriſſimum igitur cenſeri debet id quod alibi ex Clar. Bailli depromptum retuli ſc. *Les idées religieuſes ne ſont que des idées phyſiques traveſties.*

Illud tandem obſervatione dignum videtur, nempe, vocem *Paredrus* quoque, quæ Dæmonem, et Spiritum familiarem ſignificat, heroem pariter in Deorum ordinem adſcriptum indicare.

DOL

DOLIUM. Ar. dalwon; Perſ. dol. i. e. Urna, Situla, amphora, omne vas, quo hauritur aqua. Gol. p. 858.

DOM

D O M

DOMARE. Jis quæ leguntur ſub hac voce pag. 36 § *demum ex placido* &c. Lin. penult. Subſtitue dicta in his addit. de voce *tam* ſub voce Druidæ.

DOMUS. Vid. *domo* Ital. in his addit.

D R A

DRACHMA. Arab. drachmi, vel drachmas. Vid. Caſtell. p. 777.

D R O

DROMEDARIUS. Quamadmodum Camelus ab Arabibus fuit *jamal* dictus à tubere, vel gibbo in dorſo illius extante, ut infra patebit; ita Dromedarius (altera Cameli ſpecies) non à velocitate curſus ut communiter creditur, ſed â Celtico.— Hib. *drom* vel *drim*, cujus accuſativus plur. eſt *dromdha*, i. e. *dorſum*, derivatur. Porro cum in hac Lingua, *drom*, et *muin*, i. e. mons, (et verò notio *montis* primaria et phyſica eſt in voce *drom*, licet præpoſtere 2° loco collocetur in Lex. Hib. ab Obrien compoſito; quod peccatum commune eſt omnibus Lexiographis, qui naturam et originem verborum ſegniter perſcrutantur; atque hic error Orientalibus quoque Lexicographis communis eſt. Ex quo peccato haud leve in Linguarum acquiſitione, orientalium præſertim, difficultatem oriri, quotidiana experientia compertum habemus) ſynonimæ ſint voces; vox *drom*, nedum de hominis dorſo, quæ eſt ſecundaria ejus notio, ſed etiam (ſicut apud Latinos eadem vox *dorſum*, quæ à Celtica *drom* derivata videtur) præcipuè

et

et primariò de montium et collium dorſo dicitur. Unde in Hibernia, et Scotia quamplures extant montium, colliumque appellationes ex voce *drom* derivatæ, ut ſunt *Drom-Saileach*, vulgò *Ardmagh*; *Dromſinin*; *Druim-alban*, nomen collis, qui à Latinis Scriptoribus *dorſum* Albaniæ vocatur, &c. &c. Illud quoque mirum videtur, quod, nempe, mons *Atlas* à priſcis Lybiæ habitatoribus *Dyrim* fuerit appellatus, ut ait Strabo L. 17. p. 645. et quod Heliopoli via extiterit inſtar dorſi conſtrata, quæ ducebat ad templum, quæque *Dromus* nuncupabatur, ut ex Callimacho idem Strabo refert.

Ex *drom* igitur, ſeu dorſo, tubere, vel gibbo inſtar montis, utriuſque animalis nomina originem accepere. Placuit tamen Arabis Labialem Literam B vocis *jabal* gibbum *Cameli* ſignificantis, in aliam Labialem M vocis jamal Camelum indicantis, vertere. Et verò quis Arabes tam bardos atque blennos judicet, ut *jamal* Cameli nomen a verbo *jamala* deſumpſerint, ſub quo extant notiones pulchritudinis, elegantiæ, decentiæ, atque decoris?

Porro, etſi v. *Dromedarius* ex plur. Hiberno-celt. vocis *drom*, nempe, *dromdha* formata videatur, propter duos gibbos in hujus modi animalis dorſo eminentes; veriſimilior tamen illa mihi videtur origo, quæ repetitur ex Celt. *drom* vel *dromdha*, (quæ vox aliquam habere videtur affinitatem cum Arab. *turma-t*, tuberculum; et Perſ. *tarem*, domus Lignea elatior, aut teſtudineâ formâ; ac *termah*, altus. In quibus omnibus notio *altitudinis* reperitur) et Perſ. *dar*, i. e. *habens*; quæ Perſ. vox adhibetur in ferè innumeris vocibus alicujus rei poſſeſſionem indicantibus, ut in *Zemindar*, poſſidens terram; *ab-*

dat,

dar, aquam habens, &c. pro qua Arabes utuntur vocibus *Saheb* vel *du*. Erit igitur forte *dromedarius* vox origine Perſ. idem ad Lit. ſonans, ac *habens gibbum* vel *gibbos*.

Tandem, ut aliquid de Hibern. *Muin* dicam, affinitatem vox hæc habet cum Arab. *Manion*, i. e. excelſus Locus, (vid. Gol. p. 2269) et cum Lat. *Mons*.

D R U

DRUIDÆ. Adde Druidæ (Veterum Sc. Gallorum, ac Britanorum Theologi, ſive Aruſpices, et Magi, atque etiam, pro veteri more, Magiſtratus) juxta Strab. L. 4. tum Naturalium, cum Celeſtium rerum ſcientia pollebant, omniumque erant opinione juſtiſſimi. Druïdæ, ait Cæſar L. 6 de B. Gall; tributa una cum aliis non pendent: Militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem: rebus Divinis interſunt, ſacrificia publica et privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus Adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa concurrit, magnoque ii ſunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controverſiis publicis privatiſque, conſtituunt .... His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit. At ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum adlegitur: nonnunquam etiam de Principatu armis contendunt .... Multa præterea de ſideribus atque eorum motu, de Mundi ac terrarum magnitudine, de rerum Natura, de Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant; et juventuti tranſdunt.

Dio

Dio Chryſoſtomus Orat. XLIX. de Druidis ſic tradit: Celtæ vero præfectos Regibus et imperantes hos eſſe voluerunt quos nominant Druidas, et hos circa Divinationem verſantes, et reliquam Sapientiam, ſine quibus nihil eſt licitum Regibus facere aut conſulere, ita ut reipſa illi regnent: Reges autem ſententiæ ſint adminiſtri et ſervi, quanvis in thronis aureis ſedeant, in magnis ædibus habitent, et ſumptuoſa convivia agitent.

Marcellinus. Druides ingeniis celſiores, ut Pythagoræ auctoritas decrevit, ſodalitiis adſtricti conſortiis, quæſtionibus occultarum rerum, altarumque erecti ſunt ¶.

Porro Philo. p. 876 de Magis § Loquens ait: *apud Perſas Magi Naturæ ſcrutatores præ veritatis cognoſcendæ ſtudio, qui per ocium Divinas virtutes contemplantur clarius, et alios ejuſdem initiant myſteriis.* Idem p. 792. *Reges regum maximi, præſertim Perſici, tam curioſi harum artium, ut regnare non liceat, niſi cum Magis verſato familiariter.* Hieron. adverſus Jovin. 2. ex Eubulo refert *apud Perſas genus eſſe Magorum doctiſſimorum ac eloquentiſſimorum.* (Magorum Archipræſules hic intelliguntur) Tandem (ne rei toti orbi notiſſimæ diutius immorer) illud tantum addam.

---

§ Lirinenſe ſodalitium igitur, Jeſuitarum Societas, aliaque Monaſtica inſtituta in Galliis, Britaniaque olim præcipuè pro Druidarum ſodalitiorum reliquiis ſunt habenda. Nam quod attinet ad Thebaidis deſerta, aut Paulum, Antonium, vel Pacomium, fruſtra quis illiuſmodi Eremitarum Cryptas, Cavernas aut vitæ inſtitula in Druidarum eorumque ſucceſſorum prædiis, fundis, collegiis Scholis, gymnaſiiſve quæſiverit.

¶ Magi Perſarum, necnon Chaldæi à Druidis Magiam didicere, ut ex Plin: refert Baxter.

Ille pedes Perſus Magus eſt qui ſydera novit.
Qui ſcit Herbarum vires, cultumque Deorum.

Quemadmodum igitur primaria vocis *Magus* ſignificatio, naturalia, ſenſibilia ac phyſica objecta; (nam Magus virum doctum ac Philoſophum denotat, a *Magia*, nempe, quæ vox rerum naturalium contemplationem, ac ſcientiam, uno verbo, *Philoſophiam* ſignificat; ex qua voce pariter fluxere Lat. Magiſter; Hibern. Maighiſtir; Cambr. Meyſtir; et in Monte Peſſulano, vulgo Montpelier, *Mages*, i. e. Magiſtratus.) Secundaria vero ſpiritualia et inviſibilia reſpicit; (cum reapſe Inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt conſpiciantur) Ita pariter vocis *Druidæ* primariam notionem res phyſicas et naturales indicare debuiſſe autumo.

Porro Arab *duriat* ſcire, ſeu ſcientiam indicat; à verbo *dara* ſcivit, et in IV Conj. docuit; atque ex hoc Arab. fonte manavit fortè Hibern. *droi*, ſeu *drui*, plur. *draoithe*, quod eſt Saxon. *dri*, i. e. Magus, druida, augur; necnon apud Germanos Celtoſcythas *deur* vel *door* ex quo fluxit apud eoſdem *deurévitten*, i. e. druides, ſeu veritatis vel fidei Doctores ut ait Becan. Hinc etiam Angl. *truth* veritas. Huc pertinere videtur Perſ. *daroo*, i. e. Sacerdos. (V. Clar. Hyde Hiſt. R. V. Perſ. p. 531.)

Rurſus apud eoſdem Arabes *ders* eſt docere, ſtudium, meditatio, ex qua voce prodiere *modaris*, Lector, doctor; *medras* gymnaſium, academia, Collegium; necnon *E-dris*, quod eſt aliud Arab. nomen Prophetæ *Enoch*, quem Orientales Chriſtiani

tiani fuiſſe aiunt Egyptiorum Hermetem aut Mercurium; cuique Muhammedani, præter Aſtronomiæ ſcientiam, ſcribendi, atque acu trajiciendi inventiones tribuunt; cuique tandem Arabes 30 volumina occultiſſimarum ſcientiarum ſecreta continentia Deum miſiſſe dicunt; imo, niſi conjectura oberro, ex eadem radice derivatur *O-dryſæ*, quod nomen erat gentis olim inter Hæmum et Rhodopen ſitæ; quodque fortè, Thracios Sapientes, magos, ſeu Druidas præcipuè deſignabat, ac deinceps ad totius illius regionis incolas indicandos fuit deſtinatum, quæ Magis, ſeu Druidis abundabat, et in qua illuſtre Initiatorum Caput, *Eumolpum*, nempe, regnaſſe legimus. Quid igitur, ſi conjiciamus v. *Druidæ* quoque ab eadem Orientali radice derivatam fuiſſe? præcipuè cum creberrima occurrat literarum d et s commutatio; de qua vide dicta ſub v. Miſſa; atque exemplis ibi allatis, addi poſſe videtur vox *Druidæ*, de qua agimus, ex Celtico-Hibern. ſ-ruith, i. e. ſciens, intelligens, vir doctus.

Quoniam vero nonnulla ex Celtico-Hib. lingua vocabula protuli, duo alia afferre liceat ad rem, de qua agimus pertinentia. Sunt verò illa: *dram*, ſeu *drong*, i. e. Secta vel Societas quælibet; et *Oide*, i. e. præceptor, doctor; ex quibus fortaſſè componi poſſet vox *Druidæ*, quaſi dicas: Societas Doctorum ſeu Præceptorum. Et verò eadem vox *Oide* reperitur in Compoſitione Hib. vocis *fath-oide*, i. e. Ludimagiſter, Præceptor.

Tandem apud Perſas, Sapientes Spirituales, ſeu Eccleſiaſtici Magnates, præter alias appellationes, vocantur etiam *radan*, à Singulari *rad*, i. e. magnus, celebris, peritus, gnarus, ſciens, doctus, philoſophicus. Quodſi quis malit hinc vocis *D-ruidæ* etymon repetere, nullum ei negotium faceſſere debet præpoſitiva litera D in voce *D-ruidæ* cum Perſica radicali *rad* coaleſcens. Innumera quippe ferè extant vocabula, in quibus præpoſitivæ literæ cum radicalibus coaleſcunt, quin radicum natura varietur, ut (omitto Arab. articulum *al* in Luſitanis ac hiſp. vocibus cum radicalibus coaleſcentem) in Græc. O-noma; Perſ. nam; Ind. naom; hiſp. nombre; Lat. nomen.

Ikanos, Cambr. d-igon, ſatis, ſufficiens.

Po-tamos, flumen; quæ græca vox compoſita videtur ex præpoſitiva *po*, et Celt. TAM, quæ flumina quoque deſignat, quæque, pro Dialectorum varietate, ſcribitur etiam *tav*, vel *tiv*, *tauy*, vel *tyuy*, *teivi*, vel *dify*; quapropter ex ea derivari videntur ſequentia fluviorum nomina:

Tam-arus in Magna Grucia.
Tam-is in Pelopon.
Tam-aga in Luſitania.
Tham-es in Anglia.
Tev-ere, Lat. Tib-eris.
Tam-aris in Hiſp.
Tam-arus in Angl.
Tim-avus in Ital. in qua voce Pleonaſmus fortè reperitur. Nam *avon* vox Celt. eſt flumen quoque ſignificans.

Tej-o

Tej-o in Luſit. Lat. Tag-us.

Græc. *era*, Hibern. *tir*; Cambr. d-aiar; Cornub. d-or; Armor. d-uar; Lat. t-erra.

Lat. Oriens; Cambr. d-huyrcn.

Ros; Hibern. d-rucht; Græc. d-roſos.

Lex; Hibern. d-lighe.

Ovis; Cornub. d-avas; Cambr. d-avad; Armor. d-anvat.

Myrica et Ta-marice.

Jupiter pro Z-eu-pater, i. e. bonus pater; Angl. the good Father. Ita Perſ. *choda*, i. e. Deus ab Arab. *chada* bonus fuit. Sic *Th-eu-tat-es*, vel *T-eu-tat-es* idem ſignificans; nam *es* terminatio vocis eſt, et Celtico-Cambr. *tad*, vel taduys; Cornub. *taz*; Armor. *tat*; Hibern. *daid*, et Angl. *dada* ſunt Pater. Huc quoque pertinere videntur Egypt. *t-hot*, et Phæn. ta-auton, cujus mentionem facit Littleton.

L-uſi-tania, vox compoſita ex præpoſitiva *Z* et *uſi* cum Locali terminatione *tan*, quæ vox ad Lit. eſt: *Occidentalis regio*; nam *uſi* eſt pro *Weſt*, ut in *Viſi-gothi*, ſeu occidentales Gothi.

Urbs, Germ. d'-orff.

L-apponia, Angl. L-ap-land, pro L-up-land, i. e. ſuperior regio, Angl. *the high region*, quam Lapponenſes vocarunt *ſame-land*, ab Arabico, ut puto, *ſama* altus fuit, eminuit.

Tuſcania, pro T-uſc-ania vox comp. ex præpoſitiva *t*, terminatione locali *ania*, et *oſc*, vel *uiſc*, quæ Celt. vox eſt

Hibern.

Hibern. *viſg*, Scot. *viſhg*, Hung. *viiz*, et Turc. *ſqhuy*, i. e. aqua. Igitur *Tuſcania* ad Lit. eſt Litus maris, ſeu Civitas Litoralis ſeu prope Litus, vel in litorali Provincia ſita. Quodſi malis hujuſmodi vocem ab Aſcanio Æneæ filio derivare, eadem recurret præpoſitiva T.

Germ. Tanfan compoſ. ex t-an-fan, (nomen, nempe, celeberrimi fani in Germania); quæ vox ad Lit. ſonat: magnum ſeu principale fanum; Angl. *the great*, or *principal fane*.

Angl. Yorkſhire pro y-(præpoſitiva Celtica) or-reich, i. e. Septentrionalis regio; Angl. *the Northern region*.

Thaw pro *the aw* (quod eſt Gall. eau, et Orient. ab) aqua; Angl. the water, &c. &c.

Præfixæ, igitur, ſeu præpoſitivæ, non minus, quam Affixæ Literæ attentè ſunt perſcrutandæ ab iis, qui Etymologicam tractant rem.

Utut iſta ſint, nequaquam in animum inducere poſſum, ut vocis *Druidæ* etymon à quercubus probem, poſtquam tum Civilia, cum Spiritualia Sapientium Druidarum munia animo ſum contemplatus; Perſarumque Magos (ſeu Druidas) à rerum, quà Naturalium, quâ Divinarum Scientia, (qua Celtarum Druidæ pariter pollebant) appellationem aecepiſſe perpendi. Cæterùm, penès eruditum Lectorem ſit de hiſce meis Conjecturis judicium.

Quod attinet ad veram v. *Druidæ* ſignificationem, utique eam Baxter ac Becan aſſequutos eſſe puto; cum aiunt *perſapientes*, aut *veritatis doctores* indicare vocem hanc. Vocis tamen orientalis origo illis non ſuboluit.

D U C

DUCO. Add. hinc quoque fluxit docere.

E C C

ECCLESIA. Affin. h. cum Ar. *haical*, i. e. res omnis magnæ groſſæque molis, Palatium, ædificium ſublime, templum. Unde *haical zohra.* templum Veneris. V. Gol. p. 2562.

E U C

EUCHARISTIA. Etſi Arabica vox korſat Eucharisticum panem deſignans ab Arab. *karaſa* derivetur; apud Europæ populos tamen ejuſdem vocis *Euchariſtia* etymon deducendum potius videtur ex Arabo-Celt. *Char.* quod eſt Cambr. *Kar*, Hibern. *cara*, (i. e. charus, placens, bonus, et in genere, res exquiſita, quæ placet, ac jucunda eſt. V. ſub voce Pulcher) et Anglo-Celt. *eaſt* vel *eat*, i. e. comedere; ita ut vox *eu-char-iſtia* ad Lit. ſonet: placens et jucundum convivium, ſic peculiariter dictum ab antiquis, (qui illud *euchariſtia* appellavere) quia inter charos affines (nam præter illos, et cognatos nemo interponebatur, ut refert Val. Max. Lib. II. 8) celebrabatur, ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud Sacra Menſæ, et inter hilaritatem animorum, favoribus concordiæ adhibitis tolleretur. De hujuſmodi convivio ita cecinit Ovid. 1. Faſt.

Proxima

Proxima Cognati dixere Chariſtia cari,
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

Hæc igitur genuina mihi videtur vocis etymologia ex Arabo-Celt. fonte deducta; etſi Primitivæ Eccleſiæ Chriſti Antiſtites ex voce *chariſtia*, græca præfixa particula *eu*, *Eucharistia* formaverint; quia vocis *Chariſtia* etymologiam, ac energiam ignorabant. Porro valdè probabile eſt priſcos illos Chriſti aſſectatores in illiuſmodi conventu Sacram Synaxin celebraſſe, ut gratiam cum Deo reconciliarent; quemadmodum Pagani eorum Chariſtias inſtituerant, ut inter necèſſarios querelæ tollerentur, ut ait mox citatus Val. Max. Patet igitur Eccleſiaſticas appellationes dignitatum, inſtitutionum, ac ceremoniarum &c. ex Celtico fonte manaſſe. V. Sub. v. Seceſpita: Minimè hic prætereunda videtur Hiberna v. *coiſir*, i. e. cæna genialis, vel dubia, magnum convium, ex qua manat *Coiſreactha*, i. e. ſancta benedicta, conſecrata, loquendo de hoſtia, ſeu pane euchariſtico.

Tandem ex ſecundo vocis *chariſtia* membro, nempe, *iſtia* (cujus notio comedendi invenitur etiam in Lat. *eſtur*, *eſus*, et in Anglo-Celt. *eaſt*, vel *eat*, quod eſt Lat. *edo*) fluit Angl. *Eaſter*, comedere, ſeu tempus comedendi. (Subintellige *Carnem*(Sic quantumvis omne cibi genus apud Anglos appelletur *meat*; nihilominus vult uſus, ut etiamnum eadem vox ad carnes ſignificandas reſtringatur. Denique ex eadem voce *eaſt* vel *eat* per Proſtheſin Lit F derivantur Angl. *feaſt*, et Hiſp. fieſta, fortè quia nulla celebritas, nulluſve fine cibo ludus.

E U P

EUPHRATES. V. Sub v. *Tigris* infra.

E X I

EXI

EXIGUUS. V. chico hiſp.

EXU

EXULO. Aff. h. cum Ar. *jal*, vel *ajal*, i. e. exulare juſſit, exulavit, in exilium egit. Gol. p. 527.

FAC

FACIES. Add. Hinc quoque manarunt Gall. viſage; Ital. viſo; quinimo et alia Itala vox fazzoletto, quaſi dicas faciei Linteum, vel Linteolum. Nota abjectam naſalem N Lat. vocis. Sic Perſæ vocant idem Linteolum *ru-mal*; quæ vox idem ad Lit. ſonat, ac Ital. fazzo-letto.

FAE

FAETERE, Ar. dafara male oluit, fætuit. per Metath.

FAL

FALSUS. Aff. h. cum Ar. Salaf, (per metath. nempe, ut in gradus ab Ar. darg, V. Gol. p. 814; Perſ. *ſar*, Ar. *ras*; *e-lephas*, quod eſt Perſ. *pil*, ſeu *fil*, &c.) ſub quo extant ſequentes notiones: attribuit ſibi quod non haberet; falſò gloriatus eſt; fidem fefellit; ſterilis fuit Nubes; multi tonitrus, et paucæ pluviæ nubes, quaſi dicas, quæ fallit. V. Caſt. p. 3185.

F A M

FAMA ; Fortè ab Ar. famm, i. e. os, oris ; quia, nempe, per hominum ora volitat.

F A T

FATISCO. Add. vel ab alio Ar. v. fatah. Vid. Patere.

F E U

FEUDUS. V. foedus.

F I D

FIDES. V. foedus.

F I G

FIGURA. Aff. h. cum Perſ. piker idem ſignificante.

F I L

FILIX, Ital. felce. Aff. h. cum Perſ. filichun, id. ſign. V. Gazophil. Ling. Perſ. ſub v. felce.

F O E

FOEDUS. Ab Ar. *ahd*, quod eſt etiam Hibern. *achd*, pactum, foedus, juramentum, fides, ſtipulatio. V. Gol. 1662. additur autem Lit. f per Proſtheſin, ut in

Hebr. hole, græc. phullon, Lat. folium.

Angl. feaſt, ab Angl. *eaſt*, vel *eat*, Lat. edo

Græc. ailos, Æol. phailos, Lat. felis &c. V. doctiſs. Lhuyd Archaelog., Brit. ubi plura invenies hujuſmodi

juſmodi Proſtheſis exempla, quorum nonnulla alia invenies ſub voc. funus et framea. Ex hac Ar. voce fortè manarunt Lat. fides, Angl. oath et Latino-Barb. feudus, vel faida. V. tamen feudo Luſit.

F O R

FORTALITIUM, fortis. V. Pariſii.

F R A

FRATER. Add, vide etiam brother Angl.

F R E

FRETUM, v. græcus in his addit. Poterit etiam à far Arab. derivari. V. furia.

F R I

FRIGIDUS. V. froid Gall.

F R U

FRVX. Vid. Rus.

F U M

FUMUS, Æol. phumos. Aff. h. cum Ar. *fahun*, i. e. niger et ater fuit. Ita apud Arabes *fahm* eſt Carbo, à nigredine ſc. et *aſwad* eſt nox, et niger lapis, à v. *ſwad*, nempe, i. e. Nigredo, et nigra veſtis. V. Gol. p. 1235, 1765.

F U N

FUNDERE Add. poſt vocem *notiones* ſequentia: Copiæ Lachrymarum, aquæque. Notum eſt Lat. lachrymas fundere, effundi in Lachrymas, &c.

FUNDUS, ſive ager. Hibern. fonn. Aff. h. cum Ar. fad, ſub quo extant notiones commodi, utilatis, fructus, quem quis reportat; et etiam firmitas opum; quod de prædiis et fundis agriſque præcipuè ac appoſitè dici poteſt. V. Gol. p. 1837. Ab utilitatibus igitur et commodis ex ipſo fundo perceptis nomen *fundus* accepit. V. etiam *Rus*. vel, ſi mavis, derivari poſſet vox fundus ab Ar. fad. quæ eſt origo v. fundere mox expoſita, (v. etiam fundere in Spec. 1. p. 50) ita ut à copia aquarum, et irriguis, quibus hujuſmodi agri abundant, *fundi* nomcn acceperint.

F U R

FURIA, forte ab Ar. far pro fawr, i. e. efferbuit, æſtuavit; ex quo fluxit *fuir*, furia, furor, ira. V. Gol. p. 1831.

G A R

GARUMNA fluvius, ab Arab. gharra, cum murmure fluxit aqua. A rapiditate ergo ſic dictus. Adde Hibern. garbh. V. Græcus in his addit.

G E H

GEHENNA. Arab. gehim, ignis ingens et vehementer ardens, et géhenna. Gol. p. 471.

G E N

GEN

GENIUS: Ar. ginn, vel giunn, dæmon, genius, Spiritus.

GIB

GIBBA, gibbus. [aff. h. cum Br. giabba, incurvavit ſe, pronus fuit. Gol. 464, 465.

GIG

GIGAS, gall. geant, apud vet. Danos *jot* vel jotun, i. e. terrigena, aiunt nonnulli. Quid autem, ſi hujuſmodi dérivemus vocem a Perſ. *jean*, i. e. formidabilis, terribilis, rapax? Cur, inquam, ad fabulas convertemur, cum congrua extet ac realis vocis origo? V. Rich. p. 981.

GRA

GRADUS, per Metath. ab Ar darg. V. Gol. p. 819.

GRÆ

GRÆCUS Adde: Sagaciſſimus Præs. des Broſſes, aliique acerrimis ingeniis prædíti viri, qui vocum, earumque elementorum ſtructuram ſunt contemplati, animadvertere linguæ flexum in Lit. R prolatione ſatis clare oſtendere hujuſmodi Lit. ad eas voces formandas planè idoneam eſſe, quibus motum, (præcipuè cum murmure vel fragore conjunctum) reſve naturà mobiles ac fluidas ſignificare homines vellent. Exemplis ab aliis allatis ſequentia addere juvat:

Hibern. *Ro*; Hiſp. *Ruar*, ire, ambulare.
Rat, motus.
Reathaim fluere, currere.

Rioth.

Rioth, rithim, rordam, ruidim, vel tandem ratha ; i. e. curſus.

Rao-nan, vertere.

Ruis, Re-im, ri-on, ri-an, vel ro-d ; quæ idem ſignificant ac Angl. ro-ad ; Gall. ru-e, Hiſp. et Luſit. ru-a ; Perſ. ra-h, i. e. via ; quia, ſc. ea itur.

Ra-n, agilis, pernix, velox.

Rei-mnighim, ire, ambulare.

Ri-an, mare.

S-reamhaim, fluere.

Gall. Ruer, projicere.

Lat. Ru-ere, deorſum moveri, labi.

Ra-tis, fortè a motu, curſu, ſeu fluxu in aqua ita dicta.

Re-mus, forſan ob eandem rationem.

F-re-tum. Præter etymon hujus vocis in ſpeciminibus allatum, aliud deduci poſſe videtur ex æſtu, motu, ſeu curſu vehementiore propter anguſtias ; præfixa Lit. R Celticæ voci Ra, vel Re, vel Rath, vel Rioth, &c. Vid. *fædus* in his addit. Hinc quoque manaſſe videtur Angl. wrath. v. wrath Angl.

Ra-ja, forté à fluxu, quia alvum ſolvit.

Armor. Rhe-degog, fluidus.

Re-dek, manare, currere.

Cambr. Rhe-deg, currere.

Angl. To run, idem.

Græc. Rhee-in, Æol. freein, id.

Perſ. Ra-f-tan, ire.

Rehi-dan, cum murmure fluxit aqua.

Rud,

Rud, fluvius.
Goth. Ri-no, rivus, torrens.
Anglo-Sax. Ry-ne, idem.
Arab. Radjradj, motus fuit.
Raraa, commovit.
Radjdja, movit, agitavit.
Gharra, cum murmure fluxit aqua.
Hiſp; Ital. et Luſit. Ri-o.
Angl. Ri-ver.
Gall. Ri-viere.
Sclavon. Re-ka.
Dalm. Ri-ka.
Bohem. Rze-ka.
Perſ. Ru-d.
Græc. Reu-ma.
Arm. Ri-vier.
Hibern. S-ro-th, vel S-ru-th
Anglo-Sax. Reag. v. Baxter, p. 203.
Græc. Rhe-o fluere.

} Ri-vus, ri-vulus flumen.

Ex Celtica ac primitiva hac ſcaturigine *Ra*, vel AR vel *Rha*; *Re* vel Reh, vel *Rhe*; Ri, vel Ro, &c. fluxere innumera quoque nomina fluminum, ut
Rha in Moſcovia, *nunc Volga.*
Rhe-bus, fluvius in pontem Exinum labens.
Rhe-nus,
Rho-danus.
Ri-anus, in Scot.

Ri-bel

Ri-bel in Lancaſtria.
Rat-ous in Acarnania.
Rhoedias in Peonia.
Eu-rot-as in Theſſalia.
Theſ-p-rot-ia, nomen amplæ vallis in Epiro, quæ ita fluviis abundat, ut unus ferè attingat alium.
Ar-is in Meſſenia Orientali.
Ar-nus in Ital, &c. &c.

Porro ex notionibus *fluxus* ac *fluminum*, quæ extare comperimus ſub hac Celt. voce, pronum fuit iter ad alias ex ea formandas *rigationem* deſignantes, ut ipſamet Latina vox *rigatio*, et

Arab. Ri-et, rigatio.

Rava, quæ eſt etiam Hebr; ſi revoces *jod* in *He*; (v. Schult. Clav. Dialect. p. 242) necnon Chald. et Syr. i. e. rigatus fuit.

Perſ. Righ-tan, fundere, infundere.

Rhea, (Terra, eadem, quæ et *Ops*, et *Cybele*, et *Magna Mater*) quaſi dicas: *irrigua*, ſeu fluviis, imbribus, aut rore irrigata, ac madefacta; quod etymon mihi magis arridet, quam quod à *Lettleton* affertur, nempe, eò quòd nullo non bonorum genere affluat.

Sed, ut ad rem redeam: compertum eſt ex dictis pag. 54 primitivum Græcorum nomen fuiſſe *Rhaicus*; vocemque hanc à *Rhée* derivari, quæ vox olim Jonium mare, ſinumve deſignabat. Certo certius autem eſſe videtur eandem vocem *Rhée* à Celtica et Primitiva, de qua hucuſque verba feci, originem traxiſſe,

traxiſſe, ex qua, ut vidimus, quamplurimæ fluxere voces, quæ flumina, et mare ipſum deſignant; quibus addi poſſe videtur vox *Rhée*, mare, ejuſvè ſinum, aut fretum indicans. *Ita, ut vox *Rhaicus*, ſeu *Grai-cus*, vel *Græ-cus* (præfixa Lit. R. Vide ſub Angl. to grow) ex ea derivata, ad Lit. ſit: *maritimus*, *litoralis*, ſeu *fluviatilis*. Et verò: *La Grece* (ut CL. de Gebelin verbis utar) *eſt une contrée preſqu' entierement détachée des autres par la Mer*. Mirum igitur eſſe non debet ſi regio illa *Græcia* (id eſt *Litoralis*, ſeu *maritima* fuerit dicta; ejuſque habitatores *Græci* (i. e. Maritimi) fuerint nuncupati; quemadmodum *Achivus*, et *Achaia à* primitiva voce *aq*, vel *ach* aquam ſignificante; *Armorica* et *Armoricus* à *Mor*; *Liguria*, et *Ligur* a *Li*, i. e. mare, nomina duxere.

Tandem ex primitiva voce, de qua ſupra egi, derivantur.

Angl. rain. ſuec. regn, pluvia.

Rill, rivulus, &c. &c.

GREMIUM. V. etiam to grow, Angl. in addit.

GULA. Add. vid. ſub v. Helleſpontus.

---

* At enim: Si vox *Rhée* mare, ejuſve ſinum, aut fretum ſignificaret; prorſus ineptire viderentur, Littleton, qui poſt Livium, eam cum voce *fretum* conjunxit, cum ait *Rhium fretum*, quod ab Italis vocatur *ſtretto di Lepanto*; ipſe Poeta in Græca tragædia p. 54 citata; ac tandem ipſe Clar. Gebelin, qui eandem vocem *Rhée* cum voce *ſinus* pariter conjunxere. Verum quis hujuſmodi pleonaſmos mirabitur, qui creberrime occurrunt? Nam et Sunda voci *fretum* additur, etſi vox illa apud Anglo-Sax. et Iſlandos fretum denotet. Vid. ſub v. Helleſpontus, Admirationi tandem eſſe minime debet Celticæ vocis *Rhée* ſignificationem atque originem ignoraſſe Poetam, cum Platonem multarum Celticarum vocum (quas ipſe barbaras vocat) origines latuerint. Vid. ſub voce Hector in his additionibus.

H A E

HÆRESIS. V. *hereſia* Luſit.

H E C

HECTOR. Vox videtur compoſita ex Orient. *tor*, quæ eſt Lat, turris, Syr. et Hiber. tor, Cambr. et Cornub. tur, &c. et Arab. hakk (v. Gol. p. 634) i. e. verum et juſtum, jus, quod jure debetur, quod quis tueri debet. Reperitur etiam inter derivata verbi Arab. hakikat, i. e. *vexillum*. Ad Lit. ſonat vox Hector idem ac turris, propugnaculum, ſivè præſidium veri et juſti; i. e. defenſor acerrimus veri, juſti, et illius, quod quis tueri debet, putà, ſuos, patriam, vexillum, &c. Ex Ar. hakk fluxit Græc. eik-os, et Lat. æquus, ut alibi dixi.

Equidem Plato aſſerit voces *Hector*, et *Aſtianax* eſſe Synonimas. Prioris tamen etymon non tentavit; fortè quia eam barbaram judicabat; quemadmodum ob eandem cauſam ab origine vocis *pur* inveſtiganda abſtinuit. Utriuſque tamen vocis fontem parvo, nullove negotio detegere potuiſſet, ſi *hominum linguam*, ut ipſe vocat, (quæ omnino Celtica erat, et alteri oppoſita, quæ ab eo *Deorum lingua* appellatur) pro indagatione v. *pur*. qnæ eſt

Angl. fire.
Germ. fuer.
Sviogoth. fir.

Belg·

Belg. vier.
Sax. vur.
Iſland. Hir.
Hibern. Ur, et etiam Breo; quæ omnes ignem deſignant. Porro ex hac poſtrema Hiberno-Celtica *breo*, nempe, derivantur in eadem lingua.
Breo-chloch, ſilex.
Breo-chual, rogus, ignis feſtus.
Breo-choire, thermoclinium; Angl. warming-pan.
Breo-gadh. vel breo-ghaim, coquere furno, vel clibano.
Brann, pruna.
Breo-dha, igneus *.

* Ex eodem Celtico fonte *Bra*, ſeu *BRe*, ſeu *fir*, ſeu *vur*, ſeu *breo*, &c. ignis, manaſſe conjicio

Lat. Pru-na; et pruina.
Gall. brai-ſe.
Hiſp. braſa.
Luſit. braza.
Ital. bracia.
} Pruna.

Angl. to burn.
Ital. bruciare.
Gall. bruler, em-braſ-er.
Hiſp. a-bra-ſar.
} urere.

Perſ. buri-an, aſſatus in furno, vel clibano; buruſh-tan, aſſare, frigere.
Angl. bran-d, torris; et cum L et R alternent, (ut ſub Hiſp. Lirio exemplis oſtendi, quibus ſequentia addi poſſunt:
Lat. Ulmus, Gall. orme.
Ululare, Ital. urlare.
Luſcinia, Ital. Roſſignuolo.

Arbor,

Et Arabicam linguam pro inveſtigatione vocis Hector calluiſſet.

Haud me latet vocis *Hector* originem ex Celt. *ach*, quæ eſt Hibern. *aike*, i. e. tribus; vel ab *agh*, quæ Hibernicè eſt agon, certamen, commode poſſe derivari. Verum, cum longè laudabilior ſit juſti et recti, quàm murorum agminumve defenſor; propterea primam, quam propoſui etymologiam præ cæteris amplecti minimè dubitaverim.

H E L

HELLESPONTUS. Vox compoſita videtur ex Celtica *hel* anguſtiam et tenuitatem innuente; et *pontus*, ſeu Mare. Porro *anguſtiæ* et *tenuitatis* notiones, quæ indicantur a Celt- *hel*, vel *kel* aſſervantur in

Lat. hilum, quæ eſt Hiſp. hilo.

Hilla.

Callis, ſeu anguſta ſemita.

Arbor,	Albero.
Peregrinus,	Pelegrino.
Papyrus, Hiſp. papel.	
Carcer,	Carcel.
Arbitrium,	Alvedrio.
Marmor,	Marmol.
Palpebra,	Parpado;)

ex eodem forſan fonte *Bra*, *bre* &c. derivantur Angl. *blaze* flamma; to *blaze* urere, uſtulare.

Hiſp. Breo; Luſit. Breo; Gall. Bray, pix, à multitudine, ut puto, particularum ignearum, quas continet, quæque citò inflammantur.

Gula,

Gula, ab anguſtia ſc. etſi poſſet fortè commodè dcrivari ab Ar. *akl*, i. e. edulium, cibus, quatenus alimentum per eam tranſit.

Arab. *Kil*, Capillus. 2°. filum. 3°. fides, ſeu chorda inſtrumenti Muſici. Vid. Richard. Lex. Arab. p. 1401.

Kill, vel Koll, parva quantitas, diminutio.

Kalil, parvus, brevis, curtus

Ex Kil capillum ſignificantc oritur *pi-lus.* Alternant enim q, ſive k, et p, ut in Lat. Peto, Cambr. Keiſo, Ital. Chiedo; Hibern. Kaillin, Lat. Puella. Vid. alia exempla ſub v. amaſſare Ital. Rurſus ex eadem v. derivantur *cilium* et *cilicium*, a *pilis*, nempe. Alternant enim K et C. Vid. paulò infra.

Camb. Kil, anguſtus; et etiam ſinus maris.

Hibern. Caol, parvus, tenuis.

Angl. Keel, Luſit. quilha, carina navis. Ab anguſtia ſic appellata videtur pars illa navis; quemadmodum apud Arabes ab anguſtia pariter *chanzaranat* fuit nuncupata.

Porro (id quod nemo, quod ſciam, hucuſque animadvertit) ingreditur primitiva hæc vox formationem Diminutivorum in

Lat. Fonti-culus.
Tantu-lus.
Porc-ellus.
Tanti-llus.
Cult-ellus.
Culti-cula.
Igni-culus.
Fuſti-culus
Paſſer-culus, &c. &c.

Ita

Ital. Augello, i. e. parva avis; ex quo Diminutivo duo alia (nam Diminutivis abundat Ital. Ling.) formarunt, ſc. augellino, augelletto. Ita pariter ex diminutivo ucc-ello formarunt *ucceletto*, *uccellino*, *ucceluzzo*.

Fontanella, fontic-ello; rivolo diminutivum ex *rivo*; fiumicello, &c.

Hiſp. Hombrec-illo, et hombrezu-elo. ab *hombre*, i. e. homo.
Paxari-llo, parva avis.

Fonten-illa, vel fontec-illa, fonticulus.

Mugercilla, quæ eſt Gall. femmelette, (quanvis per contemptum tantum dicantur) muliercula.

Apud Luſitanos quoque, facta commutatione Literar. L, N, (ut creberrimè accidit in omnibus linguis) diminutiva formantur hoc modo:
Paſari-nho, Hiſp. paxarillo.
Homemzi-nho, Hiſp. hombrec-illo, homulus, homunculus &c. &c.

Quod autem attinet ad alternationem literarum h, c, k et q, etſi penè innùmera horum elemẽntorum commutationum extent exempla; pauca tamen, in Tyronum gratiam, hoc loco ſubjiciam.

Græc; Keras, Lat. cornu, Angl-horn.
Kaleo, Ang. hail, call.
Koilos, Angl. hollow.
Kados, Lat. cadus.

In inſcriptionibus antiquis leguntur cuottidia, condam, cinquae locuntur, &c. pro quotidiè, quondam, &c. v. Lhuyd Archaelog. Brit. Nil mirum igitur ſi Celt. *hel* anguſtiam ſignificans aſſervetur in Cambr. et Arab. *kil*, Angl. Keel, &c.

Tandem

Tandem ex eodem Celt. fonte derivari videtur vox Il-lyr-icus, ex *hil*, nempe, et Cambr. *lhyr*, quæ eſt Hibern. *lear*, vel *li*. i. e. Mare. Litera autem *h* hic abjicitur, ut fit in

Eorum pro heorum, ut veteres ſcribebant.

Onera , onuſtus pro honera, honuſtus.

Sepulchrum et Sepulcrum.

Pulcher, et pulcer,

Allucinari, et hallucinari

Nihil et nil

Honore, Ital. onore, &c. &c.

Utraque igitur vox Helleſpontus ſc. et Illyricus idem ad Lit. ſignificat, i. e. anguſtum Mare. Quapropter Pleonaſticæ prorſus cenſeri debent ſequentes locutiones.

Sunda fretum, i. e. *fretum fretum*; nam *ſund*, apud Anglo-Sax. et Iſlandos natationem ſignificat, ut adeo *ſund* ſit tantum aquæ ſpatium quantum nando trajici poteſt.

Illyricus, aut Helleſpontiacus ſinus.

Adriaticum Mare. Vid. Adriaticum.

Mon-gibello. Nam jabal Ar. eſt mons.

Portucale ad Lit. eſt portus portus. v. calheta Luſit.

Phaſis fluvius, ad Lit. fluvius fluvius. v. pſalm XL. 2.

Ægæum aut oceanum mare. Ad Lit. mare mare. Nam *eigion* in Cambr. et *aigein* in Hibern. olim *ocein*. (Quæ affin. habent cum Braſilienſi *ig* i. e. aqua) mare vel Oceanum ſignificant.

Brenin Primatem, Principem ct Regem Ling. Celt. ſignificat; Comuniter tamen Brennus pro nomine proprio Ducis gallorum Senonum accipitur.

Nec

Nec hujuſmodi Pleonaſmi admirationi eſſe debent; cum Nomina appellativa pro Propriis habeantur a Novis Colonis, qui veterum linguam minimè callent.

H E R

HERNICUS. Add. Accedunt Arab. *harrat* terra, ſeu regio petroſa. Gol. p. 591, et Karat, petra ingens. id. p. 1979. Sviogoth. *har*, locus lapidoſus. Uplandis notiſſima hæc vox eſt; ſed alibi *Or* magis in uſu eſt. Nota præterea ſunt in Suecia varia locorum nomina, quæ ab hac voce derivantur, ut *Harnaes*, *Harbo*, *Harrig*, &c.

Hiberni præterea *Art*, Cambr. vero et Cantabri lapidem *Arria* vocant. Quæ omnia huc non minus pertinere videntur, quam *Saxa*, in Mari navibus infeſta, quæ ab Italis *Aras* dictas fuiſſe L. 1. Æn. docet Virgilius. Hinc manaſſe videtur Alt-are, quaſi alta-ara, ab altitudine ſc. V. *ara* in his addit.

H I C

HICCE. V. *ce* Gall.

I B E

IBERUS. V. Spring Angl.

I G N

IGNAVUS. V. navare.

Ignis.

IGNIS. Adde Groenlandicum ingu-ek, i. e. ignis. Notatu interim dignum videtur Lit. n fæpiſſimè adſciſcere g ante ſe, ut

Gall. Sang, ex quo manarunt ſaignée et ſaigner.

Lat. ſignum, Ital. ſegno, Angl. ſignal, Græc. ſema.

Aranea, Gall. araignée.

Omni Ital. ogni.

Tandem apud Burgundiones, *feigne*, *fameigne*, *meigne*, *breugnette*, *pegnitence*, &c. Gall. ſcribuntur *fine*, *famine*, *mine*, *brunette*, &c.

I G N

IGNOBILIS. V. nobilis.

I L L

ILLYRICUS. V. Helleſpontus.

I M M

IMMUNIS. V. munis.

I M P

IMPERARE. Ab Arab. amara, imperavit, interjecta Lit. P equivalente Lit. B, quæ ſolet interjici, ut in

Gall. *nombre*, *chambre*, *ſemblable*; ex Lat. numerus, Camera, Cumulus; Similis.

Lat. Humilis, Gall. et Angl. humble.

Rumex, Ital. romice. et rombice

Gremium, Ital. grembo.

Fames, Hiſp. hambre
Lumen, Lumbre Hiſp. &c. &c.

I N E

INERS. Vox compoſita ex Negat. *in*, et primitiva *ner*, Hibern. neart, i. e. vis, robur; ex qua manarunt Æthiop. et Sabina *Nero*, quæ eſt Indic. *neir*, i. e. fortis, validus, ſtrenuus; et nervus. V. *Nero*.

I N S

INSONS. V. Sin Angl.

J U M

JUMENTUM. Arab. jamao. Gol. 534.

J U V

JUVENIS. Add. Peruvianam v. *huayna*, et Celt. *yven* idèm ſignif.

L A G

LAGENA. Aff. h. cum Arab. Lahgiam, Crater, Scyphus, poculum capax. V. Gol. p. 2910. Ita ab Arab. *giahim* prodiit Lat. gehenna.

L A R

LAR

LAR. Exemplis ſub ea voce allatis adde adlabor, allabor; adlido, allido; adloquor, alloquor, &c.

LEP

LEPUS, Luſit. lebre, forte per metath. ab Ar. *buli-t* id. ſignif. V. Richards. Lex. Ar. p. 433.

LIB

LIBRA. Derivat Canin. vocem hanc ex Græc. *Litra*, i. e. Obolus, quia Oboli, ſive aſſes erant libriles. Porro per Metath. Litra eſt ab Arab. *ritl* quæ eſt Luſitana arratel; i. e. Libra continens 12 uncias.

LON

LONDINUM. Vid. Baiæ.

LUN

LUNA. Add. Luna apud *Caraibas*, et *Galibas* eſt *Nuna*.

LUS

LUSCUS. Add. Luſcus apud Hibernos eſt *Luſca*, vel *Loſg*.

LUT

LUTETIA. V. dicta ſub v. Pariſii.

LUX

LUX. Add. vel ſi mavis, derivatur vox hæc à Perſ. *ruſh*, i. e. lux. Nota quippe eſt alternatio literarum L, et R.

M A C

MACERARE. Aff. h. cum Arab. maras, (per Metath. ſc.) idem ſignif. V. Caſt. p. 2147.

M A L

MALUM. Add. De malo autem in ſenſu morali vid. Hebr. Chald. et Arab. *mal*, ſub qua voce extant notiones *prævaricationis*, *corruptionis*, *tranſgreſſionis*, *pravæ actionis*. V. Caſtel. p. 2108.

M A N

MANARE. Ar. maana idem ſignif. Gol. 2245.

MANES. Sic appellavere animas defunctorum, quæ poſt mortem manere credebantur. Manere autem fluxit a Perſ. mandan, quod eſt Arab. madana. Porro apud Lapones etiamnum vocatur *manes* id quod de homine poſt mortem remanet. Vid. Lapon. itinera Renardi, T. 1. p. 184.

MANUS. Add. apud Braſilienſes *mo*.

M A P

MAPPA. Aff. h. cum Chilenſi *mappo*, i. e. regio.

M A R

MARASMUS, Marcheſita. Sunt Arab. v. Vide Caſt. p. 2147, 2153.

MARITUS. Forte ab Ar. maraa, i. e. virilis, maſculus et fortis fuit, ut virum decet. Ex quo Ar. verbo fluxere derivata

virilitatem

virilitatem, fortitudinem, et virum ſignificantia. Vid. Gol. p. 2210. Ita *vir* a *vi*, imo et Græc. anir à primitivo Nir, vim et robur ſignificante fluxiſſe videntur. Vid. Nero. Niſi mavis ab alia Arab. voce nempe mahara v. *maritus* originem repetere, ſub quo verbo Ar. et illius derivativis extant ſequentes notiones: Scripſit dotem, donumve Spontale Mulieri, et ita eam duxit uxorem. *Mahr*, i. e. dos vel donum ſponſalitium, quod futuræ uxori promittitur. V. Gol. p. 2272.

MARONITA. Ar. maron, i. e. monachus. Caſtel. 2146.

MARSH. Aff. h. cum Ar. *merich*, quod eſt nomen ejuſdem Planetæ ſic appellati, quòd ſagittâ longiore (quæ eſt altera ejuſdem vocis ſignificatio) ſit armatus. V. Gol. p. 2213.

M E D

MEDIOLANUM. Vid. addita ſub v. Miſſa.

M E N

MENSA. V. ſub. v. Miſſa.

M I S

MISSA. Adde ſequentia ad oſtendendum hujuſmodi vocem à cibo, ſeu ab eſu originem accepiſſe.

Meſs vox Celtica eſt ſignificans, *ſaltus*, *nemorenſes planities*, *fruges*, *alimenta*, *convivia*, varia *ciborum* genera, et nonnulla alia ad eſum, vel nutrimen pertinentia, aſſervaturque in

Hebr. mazun, eſca, cibus, alimentum.

Maſ-ha, ferculum.

Chald.

Chald. miſ-hte, convivium.

Arab. maſ-ha, tempus et locus cænandi.

Maſh, leguminis genus parvum, rotundum, viride.

Maſſa, lentè paulatimque ſuxit. Affinitatem habet cum Græc. muzao ſugo, exſugo.

Maſiſ-at, ſcutella.

Maſus, cibi genus ex cocta carne, pec. avium, aceto condita.

Perſ. Miz, conviva, hoſpes, qui hoſpites invitat, convivator; et etiam hoſpitium.

Miz-ed, convivium, Nuptiæ.

Indic. Mais, Angl. maize, frumentum Indicum.

Græc. Maz-os, mamma; et etiam Nutrix. Dor. maſdos.

Maſ-tos, mamma.

Maſaomai, maſticare, manducare.

Maſtaruzo, languidè manduco.

Maſema, alimentum; quod manducatur.

Maſeſis, actio manducandi.

Maza, Offa, maza. Dor. madda.

Mazonomos, unde Lat. mazonomum, ſive lanx; quòd, nempe, in illa maze appòni ſolitæ primùm; poſtea quævis lances ligneæ rotundæ ita dictæ.

Maſſo, pinſo, ſubigo. Luſit. amaſſar.

Maſeter, is qui manducat.

Maſtazo, maſtico, mando.

Maſtaz, mandibula, quia in ea locati ſunt dentes, ſeu inſtrumenta mandendi: Item eſca, cibus, alimentum.

Mazones, Bacchanale convivium apud Spartanos.

Meſ-tos,

Meſ-tos, pinguis, ſaginatus. Quæ vox affinitatem habet cum Celtico-Hibern. *meith* idem ſignificante; necnon cum *meathas*, vel *meithrios*, vel *meuthus* i. e. pinguedo apud Hibernos.

Miſ-thos, ſalarium, quod ad alimenta comparanda præbetur.

Meſma, apud Eſychium eſt paſcuum.

Hibern. Meas, fructus; et etiam glans.

Maiſe, cibus, alimentum, victus.

Turc. Miſe, nemus, Sylva. A glandibus ſic dicta, ut puto.

Germ. Mæſten, ſaginare.

Angl. Meſs, cibus. To meſs, comedere.

Maſ-t, glans, pec. quernea, roboreæ fruges.

A meazl'd hog, ſus grandinoſus; à vitiatis, nempe, glandulis.

Sviogoth. Mos, eſca.

Cambr. Maes, vel maeſ-dir, campus, planities, pratum. Unde *Maes-guenith*, quod eſt nomen loci frugibus, tritico præcipuè, ac melle abundantis in Provincia Angliæ, vulgò Monmouth-ſhire nuncupata.

Cambr. Cornub. et Armor. Meſen, glans.

Livon. Maiſe, panis.

Sclav. Meſſu, caro.

Dalmat. Meſzo idem.

Polon. Mieſſo, id.

Bohem. Maſſo, id.

Gall. Machcr, maſticare, *cibum* dentibus frangere.

Machoir, maxilla, quia in ipſa ſunt inſtrumenta quibus maſticamus.

Lat. Maxilla. Lit. x et ſ. alternant. Ita Itali dicunt Aleſſandro, fraſſino, &c. pro Alexander, fraxinus, &c. Vid. Lat. Lex. doctis. Littleton ſub Lit. x. Hinc fluxit Ital. maſcelle.

Lat.

Lat. Comeſſe pro comedere.

Maſſa, ſeu farina ſubacta et macerata ad panificium.

Moſ-etum, ſeu Moretum, i. e. intritum ex oleribus varii generis.

Maſ-ticare, ſeu *Cibum* dentibus conterere.

Miſſus, us, Angl. meſs; Ital. Meſſo, vel Meſſa, i. e. cibus.

Maza, vid. paulo ſupra.

Meſſis, Hiſp. mies, cibus, frux, alimentum. Porro *meſſis* non ita vocatur à *metendo*, vel quia *meſſa*. Quinimo *meſſus*, et *metere* voces ſunt à *meſſis* derivatæ; quemadmodum *ſeminare* à *ſemen*, *plantare* à *planta*, &c. oriuntur. Et verò, cum verbum nihil aliud re ipſa ſit, niſi copula, ſeu unio inter ſubjectum et prædicatum' abſurdum foret unionem ante extrema, ſeu res unitas exiſtere ac vocis, quæ prædicati vices gerit, etymon ab unione repetere.

Hiſp. Meſon, hoſpitium, diverſorium.

Meſo-nero, hoſpes, qui nempe hoſpites ſeu advenas excipit, ac tractat.

Meſa, planities, paſcuum.

Luſit. A-meij-oada, paſcuum. Affinitatem habet cum Danica voce maaje idem ſignificante.

A-meixa, prunum.

Ital. Maſs-eria, vel maggiatica, prædium, quicunque cultus ager.

Maggeſe, requietus ager.

Angl. Meſſuage vel meaſe, domus ſeu manſio ſic dicta ab agris, ſeu paſcuis ipſi contiguis et ad ipſam pertinentibus.

Ex

Ex eadem Celt. voce plures nomina ducunt regiones, propter paſcua, planitieſve, quibus abundant, ut

Mæſ-ia, de qua Vid. Tit. Liv. l. 1. 34, et Plin. l. 8.

Meſſe-ne, Provincia Peloponneſi. V. Strab. p. 563, ubi ait, verba deeſſe ad hujus Prov. fertile ſolum deſcribendum.

Myſ-ia, in Peloponneſo.

Cum autem Lit. D et S alternent; ut in

Antiquis Inſcriptionibus aſſint pro adſint.

Aſſideo, aſſigno, aſſimulo, pro adſideo, &c.

Ardeo, arſus; mordeo, morſus; cado, caſus, &c.

Acris, acredula; laus, laudo; pecus, pecudis, &c.

Aſverſa pro adverſa.

Auſes, poſtea audes, et tandem aures.

Claudius, olim Clauſus. Nam. Appius Claudius Sabinus, (ut alibi dixiſſe me memini) qui ſexto poſt Reges exactos anno, ſe Regillo Sabinorum oppido Romam contulit cum Clientibus, apud Sabinos *Clauſus* dicebatur; Romam verò ut venit, *Claudus*, et pòſt *Claudius* dictus eſt; à quo gens Claudia deſcendit.

Græc. Crepis crepidos, crepido.

Meſon, Medius.

Staſeos, ſtadium.

Rodon, roſa.

Lepos lepodos, &c.

Hiſp. puedo poſſum.

Luſit. *poſſo* poſſum; præt. *pude* potui.

Hibern. rod vel red, Lat. res.

Hibern. Druiſe-ach, Ital. drudo, amaſius, fornicator.

Cum, inquam, Lit. D et S alternent; ex earum alternatione prodiere.

Arab. mid-at, vel potius maid-at, cibus. Item menſa parata, ac cibo inſtructa. Nam ſine eo *menſa* apud Arabes dicitur *chiwanon*. Hinc porro derivatur Lat. *menſa*; Hiſp. et Luſit. *meſa*, i. e. refectio, convivium, convictus; quæ videtur primaria notio vocis menſa; quaſi dicas: locus ubi cænatur, vel ex quo cibus ſumitur. Apud eoſdem Arabes alio quoque appellatur nomine *menſa*, nempe, *abu jamii*, i. e. ad Lit. pater colligentis, ſeu congregantis, ſupple *convivas*. Vid. Gol. p. 533.

Mada, i. e. commeatum quæſivit, apportavitque aliis; de commeatu proſpexit. Gol. 2280.

Anglo-Sax. Mæte, cibus.

Angl. Meat, id.

Goth. Mats, id.

Iſland. Mats, et mat-ur, id.

Hibern. Math, fructus.

Dan. Mad, cibus.

Suec. Maat, id.

Apud Scotos Occid. Midur; et apud Septentr. Myidan, i. e. pratum; quæ vox affinitatem habet cum

Perſ. Meidan, campus apertus, ampla planities.

Germ. Matten, pratum.

Hibern. *Madh* pro *magh*, i. e. planities. Porro ex hac Hiberno-Celt. vocc fluxit Lat. *magus*, quam Romani addidere nonnullis oppidorum, et civitatum nominibus, ut *Rotho-magus*, *Novio-magus*, *Leuco-magus*, &c. quæque à veteribus Celtis, tam pro urbe, quam pro ipſo agro, vel planitie accipiebatur,

accipiebatur, ut monet Plinius. Cum verò urbium nominibus addebatur, dubium minimè eſt, quin id ad paſcua, vel planities, quæ prope eas erant indicandas, fieret.

Angl. Meadow, pratum, paſcuum.

Hiſp. et Luſit. Meda, acervus, ſeu ſtrues frugum.

Lat. Mandere, manducare, manger Gall. Sunt, ut communiter putantur, voces compoſitæ ex *manu* et *dare*, vel *ducere*. Verùm, cum multa *manu* dentur, vel ducantur, quæ *cibi* non ſunt; nugatoriæ planè hujuſmodi etymologiæ videntur. Litera igitur N in utraque voce prorſus adventitia eſt, nec ad verborum radicem pertinet, ut in *denſus*, Græc. daſus; meſis poſtea menſis apud Latinos; mios, et mis apud Hibernos.

Quapropter, quemadmodum ex Celt. *mes*, ſeu *mas*, &c. derivantur Græc. *maſ-taza*, Lat. *maſtico*, à *meſſis* meſſus et metere, &c. ita ex eadem Celt. voce, (alternatione facta, ut ſupra) derivantur *mandere* et *manducare*; quinimò etiam mandibulum, (Græc. maſtaz), quia, nempe, in ipſo locati ſunt dentes, ſeu inſtrumenta mandendi.

Rurſus ex eadem voce *mes*, ſcu, *mad*, &c. (poſt alternationem, nempe Lit. S et D ſeu T.) urbes ac regiones nonnullæ, appellationes accepere, propter paſcua, ſc. planities, aut ſoli fertilitatem, ut

Med-eon in Beotia, quam urbem Homerus ridentem vocat. Extat alia quoque huic cognominis urbs in Phocide. Diſputant verò Geographi, utrum hæc ab illa, aut illa ab hac originem duxerit; cum tamen utraque à ſola fertilitate ſoli nomen acceperit.

Meth-one in Thracia, Magneſia, &c. de quibus V. antiq. Geogr.

Methy-drium in Arcadia, quæ vox ad Lit. ſonat: Habitatio paſcuis.

Medio-lanum, (vox compoſita ex *med* paſcua et fertilitatem indicante, et *Lanum* quæ vox aſſervatur in Hibern. *Leana*; Angl. *Lawn*; Mexican *Lan regio*, locus *; Hiſp. *Llanada*, et Cantabr. *Landa*, i. e. pratum, planities) quod ad Lit. eſt: paſcua planities; quodque nomen eſt plurium Celticarum urbium; ut

Mediolanum *Aulercorum*; *Inguernis*; *Ordovicum*; *Santonum*; et tandem Inſubriæ Mediolanum, cujus v. etymon à *ſue dimidia lanata* ridiculè deducunt nonnulli. Aiunt enim: cum à Gallicanis initum conſilium foret pro hac urbe conſtruenda, effoſſo ſolo, invenere *ſuem dimidiam lanatam*. Quapropter Mediolanum nuncupatur à portento.

Medels, nomen vallis paſcuis læ'tæ, ut eam vocat Scheuzer in itin. Alpin. IV. p. 267.

---

* Imo huc quoque pertinere videntur Lat. planus, planities, &c. per Proſthes. nempe Labialis P. ut evenit in

Hibern. *Uirkia* vel *Orc*, Angl. pig, Lat. porcus.
iaſk, Lat. piſcis, Angl. fiſh.
Jaſgaire, Arm. peſker. Cambr; pyſgodur
Athair, Cornub. Euithr, Lat. pater.
Græc. *orego*, Lat. *porrigo*.

Hiſp. *Llaga*, Lat. plaga; *Llano*, Lat. planus; *Llorar*, Lat. plorare; Llueve, Lat. pluit; à Celt. lu, aqua, quod aſſervatur in Hibern. *Lua*; et in *Luna* (Promontorio) propter perennem fontem in ſummitate illius,

Cambr. eira; Cornub. et Cantabr. er, nivis. Ex qua v. per proſth. ejuſdem Lit. P. forte Latini formavere *Pyre-næi*, à nive ſc. Notatu interim dignum videtur apud Chilenſes inveniri v. *pinen*, nivis.

Tandem

Tandem Hiberni *Miſſam* vocant *Aifrion*, vel *Afrion*, vel *Oifrion*; quæ voces abſque dubio ex Perſica *Aphrin* manarunt, cujus plur. *Apherinaghan* ſignificat: *Benedictæ*, ſeu *benedicendi epulæ*, quas vocabimus *Parentalia* quia celebrabantur in piam commemorationem Parentum, et Amicorum Defunctorum. Putabant enim, ut refert Cazvinius, mortuorum ſuorum *Manes*, ſeu *Spiritus* illis diebus prodire ex premii et ſupplicii ſui locis. Latuit igitur Doctiſs. Lhuyd Cambricæ v. *Offeiriad* origo; quemadmodum Lexicogr. Obrien Hibernæ v. *Oifrion*, imò et v. *Miſſa* origines prorſus fuerunt ignotæ. Richardſon tandem præfati convivii nullam mentionem facit ſub Perſ. v. *aphrin* p. 181.

A civilibus ergo Celticiſque vocabulis Eccleſiaſtica derivantur. Vid. dicta ſub Euchariſtia, Divus, Sacerdos, &c. quinimo ex Militaribus quoque nominibus Eccleſiaſtica ſunt deſumpta. Sic apud Anglo-Sax. *hæcele* nomen erat veſtis militaris brevioris, à qua voce nomen ad cultum ſacerdotalem tranſiit. Unde *Mæſſe-hæcele*, et *Preoſt-hæcele* ſunt Ependytis Sacerdotalis. Vid. Doctiſs. Ihre Sviogoth. Gloſs. Ita pariter *Birrus*, i. e. genus pallii, quod milites obſidionis tempore ſuperinduebant, ad genus quoddam ſuperpellicii Epiſcopalis ſignificandum fuit tranſlatus. Vid. Pont. in vita S. Cypriani Epiſcopi.

Imò, veluti ſi parum foret voces duntaxat à Civilibus ad Eccleſiaſtica tranſferre; mores quoque Celtici in Eccleſiæ Tribunalia ſunt invecti. Notum quippe eſt apud judicialem

cialem Druidarum claſſem hæc in more fuiſſe poſita, nempe: Laicorum arbitrio mortis ſententiam relinquere: mortis reos vice comiti tradere, eoſque ſimul exhortari, ut peccata, propter quæ morte digni fuerant judicati, confiterentur; quæ confeſſio apud Anglo-Celt. *Shrift* appellabatur; non quia Sherif, i. e. Vicecomiti crimina confiterentur; ſed quoniam poſtquàm eidem vice comiti tradebantur, de objectis criminibus confiteri jubebantur. Porro judicialis ille mos in hodierno ac ſacrando Inquiſitionis Tribunali tam ipſiſſimus eſt, ut, qui utrumvis noverit, ambos noverit. Hæc dixi breviùs equidem, quam res petebat; ſed ad id quod ago, non fuit dicendum pluribus. Vid. ſub v. Hidra hiſp.

Denique vox *Miſſa* publicas preces ſignificans, ut nunc indicat in Eccleſia Romana, non invenitur ante Conc. Carthag. 2. celebratum a. 390, ut ait Furetiere p. 1727.

M O E

MOENIA, moene, moenus, derivata videntur ab Ar. *manaa*, ſub quo extant notiones prohibendi, arcendi, ſecludendi, repellendi, impediendi, difficilis aditu, loci inacceſſi, impedimenti, &c. Facta autem permutatione Lit. n, et r, (de qua plura in his ſpeciminibus exempla attuli) hinc quoque fluxere *pomoerium*, (vid. ſub v. *Pes*) *murus*, et *moerus*, apud Virgil. Æn. 8. Hinc quoque repeti poſſe videtur v. Agamemnon origo, quæ ad Lit. eſſet exercitus moenus, aut præſidium, ipſum exercitum hoſtibus inacceſſum reddens, aut tandem hoſtium exercitum repellens. Tandem ex eodem Ar. v. manaa manavit

navit Sviogoth. *Mena* idem ſignificans. Vid. etiam munire, et agmen.

M O N

MONETA. V. nummus.

MONS. V. Sub Dromedarius.

M U N

MUNDUS, fortè ab Arab. madana (per Metath.) commoratus fuit, quia, nempe in eo commoramur.

MUNIRE, ſeu locum difficilem aditu, ac inacceſſum reddere, et idoneum ad arcendos, ſeu repellendos hoſtes; ab Ar. mana, i. e. arcuit, repulit; ſub cujus derivatis extant ſequentes notiones: *arx*, *Caſtellum*, *validum munimentum*, *propugnaculum*, *locus excelſus*, *difficilis aditu*, ac *inacceſſus*. Vid. Caſtel. p. 2091.

Porro in Celt. lingua *amwn*, vel *amwg* eſt *defendere*, *protegere*; et in Hibcrno-Celt. etiamnum extant *meiſneach*, i. e. *fortitudo*, *magnanimitas*, *animus*; *meiſnighim*, i. e. *animare*, *incitare*, *animum addere*; et tandem *Muna-ta*, i. e. *Pugil*, *Athleta*, *Campio*. Ex hoc igitur fonte fortè manavit vox *Agamemnon*, qnæ ad Lit. ſonat *:exercitus Athleta.*

Ita pariter ex eadem Celto-Arab. v. derivantur Mene-laos, Mene-demus, i. e. præſidium, robur populi.

MUNIS, munia. Aff. h. cum Ar. mahna, ſub quo verbo, ejuſque derivatis hæ reperiuntur ſignificationes: Servivit, famulatus fuit; famulus; ſervitium, famulatus; peritia famulandi, aut ſerviendi. V. Gol. p. 2274. Hinc derivatur immunis, i. e. qui nullo fungitur officio.

MUR

MURÆNA. V. murena Ital.

MUS

MUSÆ. Haud improbabilis mihi videtur alia quoque hujus vocis derivatio ex participio verbi *vazana*, nempe Mauzun, i. e. ad Menſuræ ſuæ normam exactum carmen, ſive harmonicum Carmen. Sub verbo mox citato ejuſque derivatis ſequentes inveniuntur notiones: trutinavit, examinavit, perpendit, et ad Menſuræ ſuæ normam exegit *Carmen*. It. pondus et menſura *Carminis*. It. pondus et juſta quantitas ſyllabarum in Carmine; norma ac menſura Carminis proſodica; et tandem juſta quantitate et norma conſtans verſus. V. Gol. p. 2665. Novem igitur Sorores Muſæ fuerunt appellatæ propter harmonicam concinnamque ſtructuram verſuum, (quæ eſt vis Ar. v. *Mauzun*), quibus Deorum præclara facta, victoriaſque canebant, quamque ipſarum Sacerdotibus inſpirare credebantur.

MUSÆUM. Apud Arabes *Mauzeon* eſt locus depoſiti, depoſitionis, cuſtodiæ, ſive ubi deponitur, ac aſſervatur aliquid. Sub verbo Arab. vazaa (cujus *Mauzeon* eſt nomen loci et temporis) extant ſequentes notiones: *depoſuit apud aliquem aſſervandum quid*; *poſuit*, *collocavit*; *depoſitum*, *et quod alicui cuſtodiendum committitur*. Muſæum igitur hujuſmodi ædificium fortè dictum fuit propter res monimentis commendatas, quæ in ipſo deponuntur, cuſtodiuntur, atque aſſervantur. V. Gol. p. 2687.

NER

NERO. Poſt Perſ. nirv. pag. 83. l. 2. adde: quod eſt Hibern. *neart*.

NOB

NOBILIS. Ab Ar. *nub*, i. e robur, virtus, V. dicta Sub v. Nero, et Gol. p. 2477. Hinc quoque manavit *nubilis*, à robore Sc. et virtute, quibus nubiles pollent, cum ad eam ætatem perveniunt, in qua liberos poſſunt procreare. Accedit Heb. *nub*. i. e. progerminavit, fructum protulit, produxit. V. Caſt. 2238.

NUB

NUBILIS. V. Nobilis.

NUG

NUGÆ. Illis quæ ſub hac v. dixi pag. 86, Adde: Niſi mavis (quod mihi magis arridet) utranque vocem Arab. nempe *monahat*, et Ang. *moan* per Onomatop. formatam fuiſſe conjicere; ut Lat. *cachinno*. quæ eſt Arab. *cahcah*; Angl. to *cough*, quæ eſt Perſ. *chafan-dan*, necnon Arab. *Kahb*, et alia benè multa.

NUM

NUMA (Pompilius) àb Ar. namus, Lex, &.

NUMMUS. Ar. *nommi*, i. e. nummus, pecunia ſignata. V. Gol. p. 2458. Hinc fortè per Metath. fluxere quoque Angl. *money*; Lat. et Ital. *moneta*; et Luſit. *moeda*. Vel ab Arab. modannar ſignatus nummus aureus.

O M N

OMNIS. V. Communis.

O R G

ORGIA, ſeu ſacra Bachi, fortè ab Arab. harj. chaos, confuſio, tumultus. Richards. 2093.

P A C

PACTUM vid. feudo luſit.

P A L

PALUDAMENTUM: Add. Apud Perſas *balud*, vel *palud* erat veſtis ex pelle agnina. V. Caſt. 89.

P A N

PAN. Panis. Affin. habet cum Perſ. pah, ſeu paha, ſeu pahan, cibaria, alimenta.

P A R

PARCÆ. Adde: Porro mirum eſſe non debet, ſi vocem *parche* Ægyptii à Perſis, vel Perſæ ab Ægyptiis acceperint; cum Ægyptus per an. 200. ſub Perſarum imperio extiterit.

PARIS, filius Priami. V. Pariſii.

PARISII,

PARISII, vulgo Paris, et in Antiq. Armor. Ling. Baris. Tot, tamque immenſè diſcrepantes extant de hujus origine vocis opiniones, (quas quiſque apud Moreri, et alios vĩdere poteſt) ut vix in animum induxerim novam de ejuſdem vocis etimologia conjecturam proponere. Cum vero ea ſeſe mihi diù ſanè cogitanti in conſpectum dederit, quæ cæteris hucuſque prolatis longè mihi videtur probabilior: eandem ante Eruditorum oculos quàm ſubmiſſiſſime ſtatuendam duxi; poſtquàm paucula (in eorum gratiam, qui Etymologiæ mæandros nondum ſunt permenſi vel eos, nec à limine ſalutarunt) præmiſero, ejuſdemque vocis ſcaturiginem indicavero; ut inter permultos ejuſdem fontis (quo vix alius in univerſa etymologica re copioſior extat) rivos vocem Paris quoque lector gradatim ſuboleat, agnoſcatque clarè tandem, ac inventione lætetur.

I.

Literæ B et P. quàm ſæpiſſimè commutantur, ut in
Cæpa, Ital. cipolla, Hiſp. cebolla, Luſit. cebola.
Caput Hiſp. et Luſit. Cabeça.
Duplum, Gall. double, Hiſp. doble.
Petere, olim betere.
Lupus, Luſit. Lobo.
Capra, Luſit. cabra.
Apis, Hiſp. abeja.

GALL.

BALE, Ital. palla.
Balon, It. pallone.
Bocal, Germ. pocal.
Baliſte, Germ. palleſter.
Cabane, Ital. capana.

GERM.

Krubba, Ital. greppia, præſepe.
Knab, vel knapp, juvenis.
Ribbe, quod eſt Lat. ripa.

CAMBR.

Ab, germ. aff, Sued. apa, Angl. ape, Simia.

ANGL.

Knob, Belg. Knoop, nodus.

HUNGAR.

Apa, Hebr. ab, Lat. pater, per Metath.

ZEND.

Apem, Perſ. ab, aqua.

HEBR.

HEBR.

Ezob, Lat. hyſſopus.

Bazar. Syr. pazar, diſtribuere.

Barzel, Chald, parzel, ferrum.

PERS.

Bal, vel pol, pons.

GRÆC.

Purgos, turris, quæ vox affinitatem habet cum Arab. Burg, i. e. arcis turris propugnaculum, et Hibern. brug, i. e. arx, præſidium. Vide paulò infra.

Miſni diſtinguere nequeunt Lit. B à P, itaut ludimagiſtri pueris dicere teneantur : hæc P lenis eſt, illa vero aſpera. Vid. Clariſs. Michaelis *Suites* des Mem. de Gottingue an. 1756.

Sinenſes, quia B carent, pro ea Lit. P utuntur. Vid. Doctiſs. de Guignes Hiſt. Hun. pag. LXXIX.

II.

Vocalibus in medio Literis perrarò utuntur Orientales, ut infra patebit. Rectè igitur eruditiſſimus Court de Gebelin, poſt D. Hieronimum monuit: *La prononciation des voyelles eſt L'inconſtance meme . . . . . C'eſt par cette raiſon, en partie, quo les Orientaux ne tiennent point compte dans leur écriture des Voyelles des mots dérives.*

III.

III.

PERS.

Bar; i. e. magnus, altus, ſublimis. Ex qua notione manarunt ſequentes.

I. Arx, murus, caſtra.
II. Aula, tribunal.
III. Conventus, congreſſus.
IV. Supplicatio.
V. Conſilium, curia Principum. Vid. novam editionem Meninſki Theſaur. Ling. Orient.

Convenit igitur, ſeu affinitatem vox hæc Perſ. habet cum

HEBR.

Bire, arx, Caſtrum, Metropolis.

SYR.

Bire, palatium, arx, caſtrum. Hinc manarunt

La-Byr-inthus, i. e. Palatium, ſeu Regia Solis; et Peruv.
Inca-Pyr-ca, i. e. Incarum Regia, ſeu Palatium.

PUN.

Seu Phæn: (qui utramvis Linguam novit, ambas novit. Vid. Ravii Differt. de Ling. Orientalibus.)

Byr-ſa, arx locus munitus.
Borg, Caſtellum.

ARAB

ARAB.

Burg, arcis turris propugnaculum.

GRÆC.

Pergamus, i. e. Caſtellum, ſeu arx Trojana.

Purgos, turris.

Baris, domus turrita et Regia, Mænia, Caſtrum, porticus, turris; item tribunalis, ſeu Curiæ Species.

ARMOR.

Bers, arx, præſidium.

HIBERN.

Brug, magna domus, ædificium amplum, locus munitus, Regis palatium. Porro vox hæc Hiberno-Celt. affinitatem habet cum antiq. Germ. Gall. et Hiſp. *bruiga*, ſeu *briga*, ſeu *broga*; quam Latini addiderunt nonnullis locorum nominibus, as *Samaro-briga*, (v. Cæſ. Comment. l. 5.) et *Lato-briga*, &c. imò et Græci vocem *bria* ſequentibus affixere: *Zelam-bria*, *Meſſem-bria*, &c. vid. Cluver. de ant. Germania, l. 1. c. 7, qui inſuper ait antiquos Celtas vocem *briga* pronuntiaſſe *broga*, quæ pronuntiatio convenit cum Hiberna *brog*, vel *brug*. Tandem pervaſit hujuſmodi ad ditamentum per Orientales quoque plagas, ac locum, ſeu regionem pariter etiamnum indicat; ut in *Mala-bar*; *Zangue-bar*; *Hindu-bar*, &c.

TEUTON.

TEUTON.

Borg, arx.

SVIOGOTH.

Ware, warja, i. e. Caſtellum.

Warja, defendere, tueri.

Warn, munimentum quodvis, pec. arx, vel muri arcem cingentes.

Borg, munimentum, ſedes, Aula Regia, cum ferè in locis munitis eſſet. Cum notum ſit Lit. B et V alternare in omnibus Linguis, ac in antiquis Romanorum inſcriptionibus reperiri *vene*, *livertus*, *incomparavilis*, &c. pro *bene*, *libertus*, &c. rurſuſque Lit. V et W viciſſim commutari, ut (ne longius abeam) in Angl. *wine* pro vinum; *widow* pro vidua, waſp pro veſpa, waſte pro vaſto, et ſexcentis iſtiuſmodi aliis; nemo mirabitur Svigothicas voces mox allatas ex Orientali fonte *bar* derivari.

CAMBR.

Porth, arx, præſidium.

HUNGAR.

Var, arx, præſidium.

Poſtquam nonnullas voces arces, præſidiaque ſignificantes, ac ex prima notione Orientalis vocis *Bar* derivatas oſtendi; ſupereſt ut alias quoque *tribunalia*, *aulas*, *curiaſque* Principum deſignantes, atque ex eodem Orientali fonte ſcaturientes

turientes proponam. Ex quibus tandem notionibus pronum iter fuit, faciliſque tranſitus ad alias notiones *Judicis*, *Conſiliarii*, *Officialium*, ſeu in *judiciis miniſtrorum*, *Regis*, *Principis*, *Nobilitatis*, *ſtrenuitatis*, *juſtitiæ*, *æquitatis*, *dominii*, *defenſionis*, *protectionis*, &c.

ANGL.

Bar, Gall. barreau, i. e. tribunal; et etiam judices.

Barriſter, juriſperitus.

Pariſh, Armor. pares. (propriè) eſt diviſio, regio, ſeu diſtrictus ſub uno *Bar*, ſeu judice. Porro hujuſmodi diſtrictus apud Italos quoque *Giudicato* appellatur, à *judice* nempe. Vide Seq.

Prieſt (propriè) eſt *bar* ſeu judex mox dicti diſtrictus. Unde manavit ſecundaria notio, nempe *Sacerdos*; fortè quia juris ſcientia pollere debebat, qui ad munus ſacerdotale ſeligebatur; ac proinde titulo ac munere civilis, necnon eccleſiaſticæ juriſdictionis fungebatur; ut etiamnum in Anglia videmus Sacerdotes civili officio, quod vulgo *juſtice of peace*, (i. e. irenarcha, ſeu juſtitiarius ad pacem, vel cuſtos pacis) appellatur, inſigniri. Ex Civilibus igitur eccleſiaſtica vocabula ſunt deſumpta; quemadmodum ſæpe in hiſce Speciminibus Oſtendi.

Bury, Oppidum, vel caſtrum, in quo erat forum, ſeu Curia, et in quo comitiatus cclebrabantur.

Baron of the Exchequer, ærarii quæſtor, unus ex primis judicibus.

Peer, peerage. Vid. paulò infra.

Tandem ſequentia locorum nomina ab eadem Celtica voce *bar judicem*, ſeu *curiam* indicante derivata videntur, ac *ſedem judicum*, ſeu curiam deſignare.

Bri-ſtow ex Bar-iſtow.

Pre-ſton ex Bar-iſton.

Patrington, (in Prov. Angl. vulgò Yorkſhire.) Lat. Prætorium, quæ Latina appellatio clarè indicat judicum ſedem, curiamve fuiſſe urbem illam, ac ab eadem Celt. *bar* pariter derivatur, ut mox dicam.

HIBERN.

Bar, vir doctus. It. dominium, imperium, excellentia, vertex cujuſcunque rei.

Beara, vel barn, judex.

Bara-vail, ſententia.

Beart, judicium. Ex qua voce, per Metath. forte fluxere arbitrium, arbiter, &c. Quinimo abſque ulla Metath. manaſſe ex hoc Celt. fonte conjicio Lat. Peritus.

Borr, rarus, excellens, magnus, nobilis. Item magnitudo, majeſtas.

Barrachas, magnum dominium ſeu imperium.

Breas, princeps, potentatus; It. magnus, potens, magnificus. Convenit cum Cambr. *bras*.

Bairche, validus, ſtrenuus, animoſus.

Bruighean, (pronunt. bruian), Regis palatium, vel ſedes. Manat vox hæc ab alia Hiberna *brug*, i. e. Regis palatium. Vid. paulo ſupra. Tandem Hibernæ hæ voces affin. h. cum Cambr. prain id. ſignif.

Primh,

Primh, vel priomh, præcipuus, principalis, primus.

Primhlios, Regis palatium, ſeu ſedes.

Primh-longport, id.

Prionnſa, princeps. Porro ex hac v. derivari videtur ipſa Lat. *princeps*, cui addidere terminationem *ceps* caput; quanvis vox Celtica *prionnſa* abſque hujuſmodi additamento *Principem* deſignet, ut Gall. et Angl. *Prince*.

ARMOR.

Bar, culmen, ſummitas, vertex. Convenit cum mox allata Hiberna v. *bar*.

Barner, judex.

Bar-n, judicium, et judicare.

Bar-is. (in antiqua Armor. Ling.) Sic vocabant Pariſienſem Metropolin propter 12 judices qui in ea reſidebant.

Brenin, i. e. Rex. Hinc deducenda Origo v Brennus, quod fuit Senonum Ducis nomen idem valens ac Princeps, ſeu Dux; etſi perperam pro nomine *proprio* ſumatur, cum ſit tantum nomen appellativum muneris ſc. ac dignitatis.

HUNGAR. et Turc.

Bir-ow, Judex. In Provinciis, quas vulgo Crimea, Uſbec, Baſkirr, Kirgis et aliis multis Tartariæ regionibus BIRR, et BARR Primum, Primatem aut Principem deſignant, juxta doctiſs. *Baumgarten* D. et Prof. Theol. in Univerſ. Hall. Sax.

ITAL.

Birro, Bargello, quia ad tribunalia pertinent; vel Judicum jussa capessunt.

Barone, erro, vel scelus, sic dictus fortè quia à judice vel Magistratu accitus. Gall. diceretur *un homme repris de justice.*

ARAB.

Barr, i. e. abstinens ab injusto; quod affinit. h. cum Lat. PAR, sive æquus, justus. Quemadmodum æquus affin. h. cum Arab. hekk, i. e. rectè justèque fecit.

Bàre, via veri et justi; verum et justum.

PERS.

Beraja, i. e. Nobiliores cives. V. Meninsk Thes. Ling. Orientalium p. 751. Porro cum hac Pers. v. affinit. h. Latino-Barb. *paragium*, et Gall. *parage*, i. e. prima nobilitas, ut ait du Cange; et tandem Angl. *peerage.*

LAT.

Præ-tor, vox videtur composita ex eadem Celt. *bar*, sive *par*, &c. et Lat. terminatione tor. (ut in *Ora-tor*, *doc-tor*, *rec-tor*, &c.) Igitur judicem designat. Quodsi jus dicebat inter Cives,

Præter

Præter Urbanus, (Angl. Lord-Maior), ſeu Romanus, ut crebrò eum vocat Cic; dicebatur; ſi inter advenas, Prætor Peregrinus appellabatur. Prætorium propterea judicum ſedem, ſeu curiam ſignificat.

Peritus, Princeps, arbitrium, par. Vid. paulo ſupra.

Pro-ceres. Vox compoſita ex Celtico—Orientali, quam præ manibus habemus, nempe *bar* vel *par*, *borr*, vel *porr*, vel [per Metath.] *bro*, vel *pro*; (V. paulò. infra) et altera pariter. Celtico—Orientali, nempe

Arab. Korat.

Hebr. Kariah. vel Kiriah, vel Karth.

Phæn. et Pun. Kartha.

Chald. Kartha.

Syr. Karitita.

Hibern Cathair, quæ pronuntiatur *cahir*.

Brit. Kaer, vel Ker.

Scyth. Car.

Canad. Carhata.

Saxon. Antiq. Caerten.

Goth. Gards.

Cantabr. Caria. Quæ omnes ſignificant *urbem*, vel *Civitatem*. Igitur vox *proceres* idem ſonat ac *Principes Civitatis*. Tandem, (ur aliquid obiter dicam de Lat. voce *quirites*) ex ſecundo membro vocis Pro-ceres, urbem, aut Civitatem indicante derivatur illa, *Civemque* ſignificat; imò et quirinus ex eodem membro deducitur.

GALL.

Mont-barry.

Bar-ſur-Aube.

Bar-ſur-Seine, &c.

Quæ ſunt nomina locorum, in quibus Aulæ, Tribunalia, aut ſedes judicum extant. Quibus addi poteſt *Barraducum*, quod tribunal congruit cum Haga Comitum in Hollandia.

La Court ſuffiſamment garnie de Pairs, i. e. Tribunal ſufficienter inſtructum judicibus; quæ interpretatio magis appoſita videtur, quàm ſi vertas inſtructum *paribus*, ſeu æqualibus.

Parage. V. paulo ſupra ſub Perſ. beraja.

Pair, Angl. Peer, i. e. *Senator*, *Conſiliarius*, *Confnltor*, *Judex*, ſeu qui quod *PAR* eſt conſulit, aut decernit. Sic igitur appellantur Proceres, quia Regis Conſiliarii ſunt, ſimulque cum Rege judicant; non autem quia Regi pares aut æquales ſint, ut nonnulli effutiunt.

GRÆC.

Baris, domus, mænia, caſtrum, turris. It. genus quoddam Tribunalis.

Paris, (filius Priami) i. e. Judex. Paris, quippe, duntaxat fuit appellatus poſt judicium, quod tulit, quodque manſit *alta mente repoſtum*. Nam antea inter paſtores Alexander vocabatur. Falluntur igitur qui *Pariſienſi* Metropoli à reliquiis Trojanorum inditum nomen fuiſſe conjectant

jectant in Paridis memoriam, quam potiùs, ſi poſſibile foret, oblitterare debebant; utpote qui Trojani excidii cauſa fuerat.

Brabeus, judex ludrici vel equeſtris certaminis.

Pri-amus. Vox videtur compoſita ex *bar*, præſidium, arx, &c. et Arab. *amma-t*, quod eſt Chald. *amah*, i. e. Cætus, gens, populus; ita ut ad Lit. ſonet: præſidium, ſeu propugnaculum populi; quemadmodum Mene-laus, Mene-demus, &c. præſidium pariter populi ſignificant. Vel, ſi mavis, a Celtico-Hibern. prihm, (quam vid. paulo ſupra) et alia ſimiliter Celtico-Hib. *amus*, quæ oppugnationem, invaſionem, ſubſeſſam, et tandem protectionem indicat; eſſetque tunc v. *Pri-amus* ad lit. princeps protectionis, ſeu ſupremus Protector. Commutationes literarum in hujus vocis derivatione neminem morabuntur, qui ſimiles illis nuper viderit in vocibus La-byr-inthus, et Peruviana Inca-pyr-ca; necnon in Perſ. *bar*, et Syr. *bire*.

Pry-taneum. Compoſita vox videtur nonnullis ex locali terminatione *tan* (ut in Induſ-tan, Guliſ-tan, Aquitania, &c.) et voce BAR ſeu BIRE; ita ut Pry-taneum ad Lit. ſonet: locus *tribunalis*, *aulæ*, ſeu *Conſilii*, *Conventus*, &c. quia, nempe, Judices in Pry-taneum ad jus dicendum coibant, indeque Pry-tani ſunt appellati; quæ vox pariter conflata videtur ex eadem terminatione *tan*, (ut in *Luſitanus*, Aquitanus, &c.) idemque propterea ſonat, ac: pertinens ad *conſilium*, *aulam*, *conventum*, &c.

Si

Si quis autem voc. *Pry* deducere potiùs voluerit ex Celt. *brout*, i. e. Cibus (exqua manavit Theuton. brot, quod eſt Angl. bread, et Armor. *bara*, i. e. panis) judiceſque illos Prytanes appellatos fuiſſe contendat cum Eruditiſſimo Gebelin a *brot*, ſeu *prot*, ſeu *prat*, (quæ affin. h. cum Celtico-Hibern. proinn, vel potiùs, ut ait Obrien, praind, i. e. prandium ; ex qua oritur v. proinn-teach i. e. refectorium ſeu Coenaculum) i. e. Cibus, annona, quia in Pry-taneum (quo loco etiam Reipublicæ expenſis nutriebantur qui de ea benè meriti fuerant) Judices illi ad judicandum conveniebant, non admodum refragrabor.

PAR-os, quæ urbs fuit olim inter Ægeas celeberrima, et, opibus elata, Athenienſibus reſtitit ; (vid. Cornel. Nep. in Milt. c. 7.) ac duas Colonias condidit ; *Thaſum*, nempe, in Inſula *Thaſo*, et *Parium* ad Propontidem. V. Cellar. Geog. ant. PAR-os, inquam, in qua nobiliſſimum literatæ antiquitatis monumentum repertum fuit, ac inter Oxonienſia marmora aſſervatur ; inſigniſſimum, ſcilicet, Chronicon, quod, quanti pretii ſit, ob antiquiſſima tempora, quæ in eo explicantur, omnes, qui Seldeni librum unquam inſpexere, ſatis cognoſcunt *.

---

* On ſçait que c'eſt dans cette iſle, qu' on a trouvé le plus beau monument de Chronologie, que l'on connaiſſe, gravé ſur le marbre 260 ans avant J. C. renfermant une ſuite de 1300 ans, et qui eſt depoſé à Oxford .... Paros fut autrefois puiſſante .... Elle eut des Sculpteurs, et des Architects, qui l' illuſtrerent. Ses ruines ſont magnifiques encore .... Ses habitans avoient la reputation d' hommes de bon ſens, et ils la meritent encore. Buſching Geogr.

Paros etoit autrefois la plus grande, et la pius puiſſante ville des Cyclades. Echart Geogr.

Les Grecs de Paros ſont ſi eſtimés pour leur diſcernement, et leur bon ſens, que les Grecs des iſles voiſines les prennent ſouvent pour *Arbitres* de leurs differends, et l' on y a trouvé des antiquités precieuſes. De la Croix Geogr.

Paros

Paros tandem, quæ olim Cycladum omnium ampliſſima, ac potentiſſima fuit: ac Sculptoribus, Architectis, viriſque demum Prudentia ac ingenio inſignibus affluens: ita ut etiamnum (id quod mirum oppidò videbitur omnibus prodigioſam modernorum Græcorum rùditatem perpendentibus) aliarum Cycladum habitatores Pariis primas deferant, eorumque arbitrio committant diſſenſionum diremptum, averſorumve amicorum reconciliationem. Quapropter mirum eſſe non debet, ſi, aliis poſthabitis oblitteratiſque nominibus, nempe, Hyria, Cabernæ, Minoa, &c. totam inſulam demum, urbemque, de qua agimus, nomine PAROS inſigniverint; ut præcipuam Cycladum *Arcem*, *Aulam*, *Curiam*, aut primum *Tribunal*, vel tandem *Metropolim* veluti digito monſtrarent. Nomine, inquam, PAROS, quod ab Orientali BAR profecto manavit; ſub qua voce univerſæ mox dictæ notiones extare vidimus.

Nunc, quamobrem tot, (præcipuè verò de Urbe Paria) congeſſerim, præmiſerimque (cum id animo facilè præſentiat Lector.) ſummatim dabo. Ut nempe, veriſſimillimum videatur tandem Celtas, ſeu primos Galliæ Colonos, ac ex Pelaſgia oriundos, * *Arci*, *Tribunali*, *Aulæ*, *Curiæ*, aut tandem loco conventus in Inſula Pariſienſi primò conditis, ſimile nomen (PARIS) illi, quod antea Metropoli Celeberrimæ Ægææ INSULÆ (PAROS) fuerat inditum, can-

* Pelaſgiam voco regiones illas, quæ è Septentrione Danubio; ex Oriente Helleſponto, Ægæoque mari; ab occidente Adriatico; ab Auſtro tandem Peloponneſo concluduntur.

didi ominis ergò, indidiſſe; vel quia Celtico-Orientalis vocis BAR ſignificationes, nempe, *arx*, *tribunal*, *Curia Principum*, *conſilium*, *conventus*, *congreſſus*, *Metropolis*, &c. nimium quantum appoſitæ ac congruentes ædificio illi (quodcumque tandem illud fuerit) videbantur; vel demum propter utramque cauſam.

Ex Orientalibus igitur fontibus, vocis *Pariſii* necnon benè multorum Europeorum nominum etymologiæ ſunt derivandæ. Et verò veriſimillimum mihi videtur primos Aſiæ Minoris Colonos, qui ex Aſia, præſertim Occidentali, aut Ægypto illuc tranſmigraverant, Cycladas, * Pelaſgiamque † (per ſinum, qui ex *anguſtia*, *Helleſponti* nomen accepit, quemque 15000 Bulgari Equites tranſnatarunt) ſimul ac populi nimietate ſunt preſſi, inviſiſſe; cum inſuper, tam Cycladum, quam Pelaſgiæ jucundiſſimum ſpectaculum eos, qui è Littoribus Aſiæ Minoris illuc aſpiciunt, ad eadem loca etiamnum animi tantum cauſa viſitanda alliciat ‡. Utût res ſit, illud pro certo haben-

---

* Quæ primò Phoenices, poſtea Cares, tandemquæ, expulſis utriſque, Cretenſes Dominos habuere. Vid. Marmora Oxonienſia pag. 271.

† Ariſtophanes ac Suidas nos docent apud Odomantes Pelaſgiæ populos, quique prope Macedoniam habitabant, Circumciſionem in uſu fuiſſe. Quapropter ex Aſia Occidentali vel Ægypto fuerunt oriundi; cum in hujuſmodi regionibus ritus ille originem habuerit.

‡ Ses Côtes (Aſiæ Minoris ſcilicet) le long de l'Archipel ſont riches et peuplées. On y jouit d'une vue magnifique. On y decrouve ſans lunette le mont Athos, et les monts de la Thrace, de la Macedoine, de la Theſſalie, l'Olympe, les diverſes iſles de l'Archipel. Au coucher du ſoleil l'Hotiſon preſente vers ces iſles le plus riant ſpectacle." Buſhing Geogr.

dum

dum, Pelasgorum, nempe, Posteros ex Sigeo usque ad Celticum Promontorium, Hiberniamque tandem permeasse, ac ipsorum linguam per totam Europam diffudisse; in qua etiamnum tot extant Celtico-Orientalia vocabula, ut mirum non sit tempore D. Hieronimi eâdem nonnullos Asiæ Minoris populos ac Trevericos lingua uti-

Qua de re (præter alia multa, quæ in hisce speciminibus Celtico-Orientalia esse ostendi vocabula) duo insignissima, vox *bar*, nec non dicta sub v. *Brigantes*, exempla præbent.

Ne quis autem meam fortè hoc loco de voce *Celtæ* frustra sententiam quærat, aliquid de illa cursim ac leviter tangam. Equidem conjectavi olim hujusmodi vocem affinit. habere cum v. Getæ, interjecta Lit. L; de cujus Literæ interjectu ferè innumerabilia afferri possunt exempla. Atque hujusmodi conjecturæ favere præterea videtur Salmasius, cum linguam Geticam vocat illam, quam Boxhornius, Leibnitius, ac Sternhielmus Celto-Scythicam appellant, Matremque omnium Europæ Linguarum extitisse censent.

Haud leve tamen mihi scrupulum injiciebant, ut verum fatear, illa Cæsaris verba in principio Com. *Lingua ipsorum Celtæ, nostra Galli appellantur.* Quapropter cum apud Plin. lib. 2. c. 11. Legerim: *Celetæ Majores Hæmo, Minores Rhodopæ subditi*; cumque inter eosdem montes *Odrysæ* quoque siti fuerint, quorum Rex, illustris sc. Eumolpus, caput erat Initiatorum; cumque præterea hujusmodi Initiationes in usu etiam fuerint apud Getas, quorum Pontifex,

Strabonis tempore, adhuc extabat, quemque, ut ait idem Strabo, Getæ Deum appellabant, ac in monte ſacro Ka-kajon (vid. v. Cau-caſus) dicto colebant cumque inſuper hujuſmodi Getarum cultus anſam Domino d'Anville præbuerit ad Getarum originem ex Tartaris repetendam, apud quos *Lama* ſimiliter colitur* ; Rurſus, cum apud alios Thraces Pontifex huic ſimilis extiterit in monte ſacro *Bacchus* appellato in regione Beſſorum ; atque ex his omnibus nimis probabiliter inferatur Celtiæ populis initiationes illas pariter in uſu, vel ſaltem haud ignotas fuiſſe ; cum tandem Religioſum Celticorum Druidum ſyſtema Thraciis initiationibus ac ritibus haud multum abſimile mihi viſum fuerit† ; conjecto nedum *Gothos*, ſeu *Getas*, ‡ ſeu *Gaudas*, (vid. Plin. H. N. L. LIV. C. XI. ubi ait inter Danubium et Hæmum extitiſſe gentes, quæ Gaudæ appellabantur) ſed etiam *Celtas*, nomen, quo lingua ſua vocabantur, i. e. Celetæ, vel Selletæ, (utroque nanque modo vox hæc ſcripta reperitur)

---

* Cum tamen v. *Geta* nullam cum v. Tartarus affinitatem habeat, haud firma mihi hujus Scriptoris conjectura videtur.

† Et verò præcipuum Druidarum dogma *animæ immortalitas* erat, ut Bellatoribus mortis contemptum inſpirarent. Porro idem dogma ſimul cum cultu Dei ſub ignis Symbolo Getæ ab eorum Legiſlatore Zamolxi olim acceperant. Vid. Diod. Sic. et Cæſ. Comment. l. 6. § XIII.

‡ On ne ſauroit douter que les Goths ne ſoient les mêmes qu'on avoit connus auparavant ſous le nom de Getes. Gebelin. vid. etiam Pinkerton Diſſert. de orig. Scyth. et Goth. p. 7.

ſimulque

ſimulque Thracias Initiationes ac ceremonias in Gallias, Hiſpanias, Britanias, Hiberniamque invexiſſe; ac retinuiſſe.

Sed hæc hactenus de voce *Pariſii*, qua in Num. plur. uſi ſunt, ut innuerent plures ac contiguos extiſſe vicos, quorum unuſquiſque tribunal peculiare habebat à quo gubernabatur. Quemadmodum etiamnum videmus apud Hiſpanos hujuſmodi vicos ſeu regiones, quas Luſitani *bairos*, Latino-Barb. *varia* et tandem Angli *wards* vocant, (quaſi dicas: Tribunalia aut judices. Videntur enim illiuſmodi voces ex eodem Celtico—Orientali *bar* derivari) ita diviſas eſſe, ut unaquæque a proprio, ac diſtincto judice vel tribunali regatur.

Supereſt tamen ut de Clariſs. Gebelin circa vocis Pariſii etymologiam ſententia aliquid leviter tangam. Contendit igitur idem celeberrimus Scriptor derivari hujuſmodi vocem à Celt. *bar*, i. e. Cymba, et *is*, i. e. ut ipſe putat, *Iſis*. Quapropter Lutetia Pariſiorum, ad Lit. ſonaret. *Refugium*, ſeu *aſylum* (nam, juxta ipſum hæc èſt ſignificatio vocis *Lutetia*) *Cymbæ Iſidis*. Quæ porro magis præ hac fidei abſona proferri poteſt etymologia?

Nam etſi quis oſtendere poſſet Iſidem à Pariſienſibus fuiſſe adoratam; (id quod Encyclopædiæ auctores pro mero figmento reputant) aut Pariſienſem Inſulam in ejuſdem Deæ aſylum fuiſſe ſelectam; vel Ædificium aliquod in ejus honorem in eadem inſula fuiſſe conſtructum; poſtremum

remum vocis Par-is membrum Iſidem deſignare; velletque tandem ejuſdem vocis etymon ſeorſim (i. e. abſque voce Lutetia) veſtigare; repetendum illud minimè foret a Celt. *Bar* Cymbam deſignante; ſed potius a Celtico-Orient. *Bar*, de qua hucuſque egimus, quæque eſt *Arx*, *Caſtra*, &c. &c. eſſetque tum vox Paris ad Lit. *Arx Iſidis*; quemadmodum etiamnum videmus arces, oppida, naveſque nominibus a Divis petitis inſigniri. Quod attinet ad arces, idem apud Priſcos mox viguit, notumque de Minerva illud Catulli eſt.

Diva tenens in ſummis urbibus arces.

Tantum præterea virum meminiſſe oportebat alias extitiſſe urbes *Pariſiis* cognomines, quarum etymon nemo hucuſque ab *Iſide* repetendum ſomniavit. V. Notice de l' ancienne gaule par M. d'Anville pag. 512.

Quoniam vero vocis *Lutetia*, quæ v. *Pariſii* præfigi ſolet, mentionem feci: ac Celeberrimus de Gebelin eam verbum de verbo ſic exprimat: *Lieu defendu par les eaux*, locus protectus ab aquis; meam de ejuſdem v. etymologia ſententiam paucis complectar. Puto igitur ex v. Luco-tetia (quod fuit aliud ejuſdem urbis nomen.) Eam eſſe contractam; quæ vox compoſita videtur ex Græc. *Leukos*, i. e. albus, et *tetia*, quæ vox rurſus conflata videtur ex locali terminatione *tia*, (ut in Helvetia, Dalmatia, Beo-tia, &c.) et *te*, i. e. domus. Porro vox hæc domum ſignificans aſſervatur in

Cambr.

Cambr. Ty, domus.
Comub. Tſhyi, id.
Armor. Ti cujus plur. tiès. id.
Scot. Tyih, id.
Cantabr. Etche, id.

Igitur Luco-tetia ad Lit. eſt *alba domus*. Vel, ſi mavis, derivari ea poteſt ab eadem Grec. *Leukos*, et *Ties*, plur. nempe, Armor. v. Ti, i. e. domus, ut mox dixi. Vel tandem à Celtico-Hibern. *Tas*, i. e. habitatio; in qua ling. etiam reperitur verbum Taſ-aim, i. e. habitare. Ita ut *Luco-tetia* ad Lit. ſit *alba*, vel *albæ domus*, vel *alba habitatio*. Notum autem eſt antiquos Celtas atque Germanos inſigniora tuguria dealbaſſe; aliamque huic extitiſſe cognominem urbem apud Gallovidas, ſeu Novantes, Lucotion, ſc; vel Leucoetium, vel Leukoikidion, (nam varè à Geographis illius urbis ſcribitur nomen) quæ nunc *candida caſa* dicitur, cujuſque Saxonicum nomen, ſc. *Whithern* albedinis notionem retinet. In Legibus Hoüelianis Regia Silurum *Ty guynn*, i. e. domus candida appellatur. Quibus addi poſſunt Leucopolis, i. e. civitas albicans, portus Maris in Caria; Leucogæus (collis) i. e. terra alba; Leucorea, vulgò Witten-berg, in qua vulgari voce pariter albedinis notio aſſervatur; Novamænia, hod. album caſtrum, &c. &c.

Porro, cum phyſica et primigenia Orientalis vocis BAR, ſeu PAR, BIRR, ſeu PYR, ſeu POR (poſtremi hujus flexus exemplum

exemplum * ſupra indicavi in Peruviána voce Inca-pyrca) vis ſita ſit in *altitudine*, ſeu *ſublimitate* ex qua manarunt ſecundariæ notiones munimenti, defenſionis, protectionis, &c. ex eadem voce derivari poſſe videntur.

Paries.

Para-cletus, i. e. defenſor, is qui rogatur ut faveat, atque defendat.

Luſit. Parra, pampinus, ſeu folium, quod uvas ab æſtu vel a grandine, &c. protegit.

Am-paro, protectio, defenſio.

Parar; Gall. parer; Angl. to parry, ictus avertere.

Forte, Hiſp. fuerte, Hibern. port, Cambr. porth, præſidium, propugnaculum.

Para-vento, para-ſol, objectaculum, umbella.

Cantabr. Baru-tha, locus concluſus.

Cambr. Par-vais; Ital. paveſe, ſcutum.

---

* Nihil refert utrum *bar*, an *bir*, utrum *par*, *por*, vel *pir* dicamus; cum pro varietate regionum eadem verba diverſis ſonis atque accentibus proferantur, ut D. Hieronimus monet de Ling. Hebr. in qua nihil refert utrum *Salem*, an *Salim* nominetur. Idem prorſus evenit in modernis linguis, ut

Pater, Gall. pere; Run. fadur; Angl. father; Iſland bader.

Mater, Gall. mere; Angl. mother; Germ, mutter.

Frater, Angl. brother; Gall. frere; Illyr. brant; Perſ. burader. Cambr, braud; Cornub. bredar.

Peto, Hiſp. pido.

Ferio, Luſit. firo, &c.

Pa Perſ; pè Luſit. pi Braſil. pous podos Græc. foot Angl. fuſs Germ.

Porth,

Porth, præſidium, Caſtellum. Item porta et tandem portus.

Hibern-Port, præſidium, Caſtellum; Item domus; ac Regis ſedes; et denique portus. Quid igitur ſi Lat. v. *Porta* ab eadem notione defenſionis, vel protectionis originem pariter duxiſſe dicamus *?

For, protectio, defenſio.

Lat. Por-tus, ſic dictus ex eadem notione defenſionis, &c. (Vid. notam præced.) quia, nempe, in ipſo naves a ventis tutæ, ac defenſæ ſervantur. Ita quoque apud Arabes *calao*, et apud Hibernos *cala*, vel *caleith* portum maris ſignificant,

---

* Majora oppida (forte quia caſtellis munita erant) veteribus dicebantur *portæ*; ſicut apud Juvenal. *porta Syenes* proipſa Syene eſt; unde et Saxonibus *Portmanni* dicuntur *Municipes*, et *Portgrevii*, *urbibus Præfecti*. Pariter apud Hibernos *baile-port* eſt quodvis magnum oppidum; et *Port-lairge* eſt vulgò Waterford. Tandem vox Caſtellum etiam pagum, vicum aut oppidum indicat, et in hoc ſenſu ea Cæſar utitur in Comment.

Nota præterea nonnulla ſunt oppida *Nova porta* nuncupata; quibus addi poſſunt *Portæ Caſpiæ*, quod eſt nomen Urbis Mediæ in Parthiæ confinio, vel anguſtia montis Tauri. Sed aliquid dicendum ſupereſt de Lat. v. *porta*, ſeu *oſtium*. Cum igitur ſub Celtico-Orient. *bar*, ſeu *par*, *for*, *por-t*, vel porth notiones extent *præſidii*, *defenſionis*, *cuſtodiæ*, *domus*, *portæ*, &c. nulla tamen ſub eiſdem vocibus *portatus* reperiatur notio; veriſimile mihi videtur *portam* ſic dictam, quia ipſâ cuſtoditur ejus dominus, eique ac familiæ ejus velut præſidium eſt; etſi Lat. *portare* ab ipſa fortè *porta* manaſſe potuerit; nam, ut ſemel atque iterum dixi, verbum (vel copula, ſeu actio) ab objectis phyſicis in quæ agit, quæve copulatur, vel tandem ab inſtrumento, quo utitur Agens, appellationem, nomenve ducit. Fortè, inquam, nam alia extat Orient. vox in Perſ. Ling. ſc. bordan, i. e. portare, quæ cum Lat. magnam habet affinitatem.

ab eadem radice *cal*, quæ in utraque lingua eſt *cuſtodire. ſervare, circumdare.*

Perfugium, quod videtur innuere tutamen, ſeu defenſionem et aſylum fugientibus.

Forum. Multis oppidorum nominibus præfixa vox hæc fuit, ut: *Forum Gallorum*, *forum Julii*, &c. Galli quoque nonnullis locorum nominibus v. *chateau*; Itali *Caſtello*; et Hiſpani Arab. *cala* præpoſuere. Porro ex eodem Celtico-Orient. fonte, nempe, *bar* ſeu *par*, ſeu *por*, &c. i. e. *arx*, *præſidium*, &c. vocem quoque *forum* deducere minime dubitaverim, propter frequentes labialium B. P. F. alternationes; de quibus, etſi paſſim reperiantur exempla; nonnulla tamen hoc juvat afferre loco.

Pellis, Suec. fell.

Pater, Angl. father.

Frater, Angl. brother.

Anglo-Sax. Lyfan; Angl. Leave; Græc. Leipein, permittere.

Hæfa; Angl. have; Lat. habeo.

Perſ. fil, vel pil; ex qua v. per Metath. manarunt Græc. et Lat.

E-leph-as*.

Gall.

---

* Quoniam ſæpe in hac, aliiſque perſcrutationibus etymologicis Metatheſi uſus ſum; nonnulla ſubjiciam, in Tyronum gratiam vocabula, in quibus ſedes invertunt illæ Literæ.

Hebr. Kebeſh, et Keſheb, agnus.

Gazar.

Gall. golfe, Græc. kolpos.

Soufler, Hiſp. ſoplar, flare.

Sifler, Luſit. aſobiar, ſibilare.

Ital. Pozzetta, Gall. foſſette, arctus cavus.

Pennone, pifaro, &c. Gall. fanon, fifre, &c.

Celt. et Cambr. Affwis, abyſſus.

Barf, Gall. barbe.

Bron, et bran, Gall. front.

Gorf, corpus.

Frad, et prat, Gall. prè, pratum.

Feneſtr, et peneſtr, Gall. fenétre.

Lab, vel Lef manus, &c. &c.

Porro, cum Arces, Caſtra, aut repagula curiis, ſeu Tribunalibus, et Regum palatiis contigua eſſent, ut leges tranquillè ſancirentur; diſpoſitio ac ordo ſervarentur, tandemque, in regnorum præcipuè primordiis, eorundemve tur-

---

Gazar, et garaz, ſecare.

An, Perſ. nah, non.

Arab. Darg, gradus.

Ras, Perſ. ſar, caput.

Saravel, Perſ. Shalvar; Luſit. Seroulas, femoralia.

Angl. Leaf, fol-ium.

Hiſp. Olvido, oblivio, &c. &c.

Quibus addam verba Clariſs. Schultens in Clav. Dialect. p. 317: *In omni Lingua*, ait ille, *ſenſim* ac *pedetentim tranſpoſitiones quædam exiſtunt literarum; quæ præſertim tum facillime irrepunt, cum tanquam e patriis ſedibus per coloniam Dialecti in alias oras deducitur atque diſcedit. In tenuiſſimis illis reliquiis Ling. Hebr. quæ ad nos pervenerunt, bona Copia ſane extat vocabulorum, in quibus Metatheſis obtinet.*

bulentis tempeſtatibus, tumultus ac ſeditiones comprimerentur; hinc factum fuit, ut tum Arces, cum Tribunalia, et Regum palatia eadem voce indicarentur, nempe, ut ſupra vidimus, apud

Perſas Bar, arx mænia, tribunal; curia Principum.

Hebr. Bire, arx; Metropolis.

Syr. Bire, arx; Palatium.

Græc. Baris, Caſtrum, Mænia; domus turrita et Regia.

Hibern. Brug, locus munitus; Regis palatium.

Port, Caſtellum, et Regis palatium.

Sviogoth. Borg, munimentum, et aula Regis.

Angl. Bar, repagulum, ſeu Cancelli in foro; et forum, ſeu tribunal ipſum. Idem ſignificat Gall *barreau*.

Tandem ex eodem Celtico-Orient. *bar*, *arx*, *murus*, *vallum*, (ex quibus notionibus facilis fuit deſcenſus ad notiones *obſtaculi*, *defenſionis*, *repaguli*, &e.) prodiiſſe conjicio.

Gall. Barre, barreau, barrer, barriere, barricade.

Hiſp. Barra, barrear, barrera.

Ital. Barra, ſeu ſbarra, barrare.

Angl. Bar, to bar, barrier.

Cambr. Par.

Hibern. barra.

PAROCHIA. Conjectavi dudum vocem hanc ab Arab. farak derivari, quæ diſtinctionem et diviſionem indicat. Et verò primaria vocis *parochia* ſignificatio nihil aliud innuit, niſi urbis regionem, ſeu diviſionem, (Gall. quartier d' une Ville) ac diſtrictum Judicis; cujus rei exempla habemus in decretis Ladiſlai I. Regis Hungariæ lib. 3. c. 16. *Unuſquiſque Judex in Parochia ſua judicet*; et in Bernh de Breydenbach Iter Hieroſol.

p. 219;

p. 219: *dicitur enim quod numerus parochiarum, ſive, ut aiunt, contratarum in ipſa urbe* (Cairo) *aſcendat ad* 24000. Præterea Parochia apud Pomponium Lætum erant diſtrictus, quorum nonnulli dabantur veteranis Ducibus. Tandem in Ling. Cantabr. *barrutia* eſt ditio, juriſdictio, diſtrictus.

Verùm, cum Celtico-Orient. Par, ſeu Bar (vid. ſub v. Pariſii) Judicis notionem exhibeat, et Celt. *reich*, regionem, et diſtrictum (quæ Celt. vox aſſervari videtur in Hiber. *righe*, vel *richead*, i. e. regnum) ſignificet; fortè ex utraque componitur v. *parochia*, Hiſp. et Ital. par-rochia; ita ut ad Lit. ſit: *diſtrictus* Judicis; necnon *parochus*, i. e. alicujus diſtrictus judex, qui inſuper fortè olim etiam parochas parabat; quæ propterea ab ipſo Miniſtratore, ſeu judice diſtrictus nomen accepere. Mirum autem minimè eſt, ſi eadem vox ad Eccleſiæ Miniſtrum quoque indicandum fuerit deſignata. Ita in Ling. Chàld. *farnas* eſt paſcere, alere, gubernare, nutrire Politicé et Eccleſiaſticé; ac apud Latinos *paſtor gregis*, et *paſtor animarum*, &c. Vide inſuper ſub v. alvergue Hiſp.

P A T

PA-TER. ab Orient. ab, quod eſt etiam Groenland. *abba*. Vid. Animadverſiones meas pag. 85.

PATERE ab Ar. fatah, quod ſignificat in paſſiva voce patuit, recluſus fuit.

P E C

PECCATUM, fortè ab Ar. chateia, ſub quo extant ſequentes notiones peccavit, deliquit crimine; et in IV peccavit citra crimen, erravit. unde prodiit nomen actionis cheton, peccatum.

V. Gol.

V. Gol. p. 723. De prima autem ſyllaba *pe* in voce peccatum vid. dicta ſub *Druidæ* et *Miſſa*, ac, ſi libet, Archæolog. Brit. Lhuyd p. 40.

PEL

PELASGI. Adde: Sunt qui vocem *Cimbri* ex Celtico-Cambr. Ling. derivant, in qua extant

Cymmar, et *chimmhortho*, i. e. ſocius, ſodalis.

Cymmod, et *cymmrodedd*, vel *kymroded*, quod eſt Hibern. *kovardadh*, i. e. concordià. Vid. Lhuyd ſub voc. *ſocius* et *concordia*; necnon Dav. Dict. Kimb. A ſocietate, nempe, quam gentes illæ inire, vel confæderationem in quam coire conſueverant. Quam conjecturam facere non dubitavit vel ipſe infenſiſſimus etymologicæ diſciplinæ oſor Joannes Pinkerton in eruditiſſima Diſſert. de Scyth. et Goth. Londini edita 1787. p. 49. Quidni igitur v. *Pelaſgi* etymon quoque deduci poterit ex Arab. et Æthyop. *Laſc*, ſub quo, ut dixi, reperiuntur notiones *fæderis*, *ſocietatis*, *arctæ conjunctionis*, *individui*, *ac lateri adhærentis ſocii*, &c.

Quod attinet verò ad Lit. initialem P. in v. *Pe-laſgi*, poteſt etiam, ſi mavis, hujuſmodi litera pro præfixa ſeu præpoſitiva haberi, ut crebro fit. Qua de re nonnulla exempla attuli ſub voc. *Druidæ* et *Miſſa* in his addit. Qui plura deſiderat conſulat Archæol. Brit. Lhuyd p. 40.

Porro ex eadem Celt. radice vocis Cimbri manaſſe videntur Angl. *comrade*; Ital. *camerata*; Hiſp. et Luſit. *camarada*; et Gall. *camerade*; i. . Socius.

PELUSIUM.

PELUSIUM. V. Baiæ.

P E S

PES. Adde: Braſilien. pi, id eſt peſ. vide etiam dicta ſub v. mænia in his additionibus.

P H A

PHALANX. Affin. h. cum. Arab. *falaj*, ſub quo extant notiones diviſionis in duas partes, victoriæ, triumphi. Gol. 1821.

P H I

PHIALA. Add. vel ab Hebr. *fiila* idem ſignificante. Caſtell. p. 2993.

P I L

PILUS. V. Helleſpontus.

P L A

PLACERE. Vid. ſub pulcher.

P L I

PLICARE. Vid. piegare Ital.

P O L

POPLES. V. ſub piegare Ital.

PORTA, portare, portus. V. dicta ſub v. Pariſii; et Luſit. Calheta.

P R Æ

PRÆTOR, Vid. Sub v. Pariſii.

PRIAMUS. V. Sub v. Pariſii.

PROCERES. V. Sub v. Pariſii.

P U E

PUE

PUER. Add. Caraib. pouronnè, et Zend. Aperenaeoko, filia, puella.

PYR

PYRENÆI. Add. Niſi mavis hujuſmodi vocem à Celt *eira*, i. e. nix derivare per proſthes. Lit. P. Vide dicta ſub v. Miſſa, necnon de præpoſitivis Literis ſub v. *Druidæ*; et tandem Lhuyd pag. 40.

QUI

QUIS. Adde Ital. chi; Gall. qui; Lappon. Ka; Hibern. *ci* vel cia.

QUIRITES. V. ſub Pariſii.

RAJ

RAJA. V. Sub Græcus in his addit.

RAT

RATIS. V. Græcus in his addit.

REM

REMUS. V. Græcus in his addit.

R E O

REOR. V. dicta ſub v. hereſia Luſit.

R E S

RESINA, Armor. ruſſin; Hibern. roiſin; Arab. ragina. Gol. p. 956.

RESTIS à Perſ. reſhtè tortus, contortus; et etiam funis. Hinc fluxit Perſ. diminut, reſhtek funiculus. Ex eodem fonte manarunt Luſit. reſte, vel reſtia, et Ital. reſtia, i. e. reſtis cæparum, alliorum, &c.

R E X

REX. Pag. 101. Poſt. v. *habentis* Lin. 3 adde: Eodem modo *Cæſar* commune nomen fuit Romanorum Imperatorum; *Mithridates* Regum Ponti; *Abimelec* Philiſteorum; *Hiram* Tyri; *Antiochi* Syriæ; *Agag* Amalecitarum; *Gog* terræ Magog; *Sultani* Saracenorum. Vid. Caſtell. p. 3076, ubi citat Kirch. Oed. 1. 760. Vid. tamen ſub hereſia Luſit.

R H A

RHA. V. Græcus in his addit.

R H E

RHEA. V. Græcus in his addit.

RHENUS. V. Græcus in his addit.

R H O

RHODANUS. V. Græcus in his addit.

RIV

RIVUS. V. Græcus in his addit.

ROG

ROGO. V. Hereſia Luſit.
ROGUS. V. Rock Ang.

ROT

ROTA. Convenit cum Scyth. Ratas id. ſignificante; necnon cum Arab. dar pro daur, (per Metath. Vid. ſub v. Pariſii) ſub quo extant notiones ambitus, gyri, orbis, rotunditatis, in orbem agendi, convertendi, &c. et tandem cum Cambr. *rhod*; Armor rot; Hibern. roth; Hiſp. rueda, Luſit. roda, &c.

RUE

RUERE. V. Rock Angl. in his addit.

RUS

RUS. Adde Scyth. *ruis*, frumentum; et *ruoho*, gramen. Hinc quoque derivatur f-rux (per Proſthes. Lit. f. Vid. ſub vocibus fædus, framea, Druidæ) quilibet ruris fructus. Tandem Arab. rezk, ſuſtentaculum vitæ, commeatus.

S A B

SABANUM, Arab. *Sabanat*, Hebr. *ſaban*, i. e. Sabanum, linteum. Caſtell. p. 2456. Hinc fluxit Hiſp. *Sabana*.

S A C

SACERDOS. Vid. additiones ſequentes.

SACRARE. Et ſi aliquam me inter Lat. ſacrare, et Arab. ſhacar affinitatem reperiſſe putaverim; aliunde tamen Lat. vocis originem nunc repetendam cenſeo. Conjicio igitur eam ſitam eſſe in Medico vocabulo ſacks, quod eſt Arab. ſakin, et Hibern. ſchian, i. e. Culter. Atque ex hoc fonte derivari opinor

Græc. Sca-riphos, i. e. Stylus, ſcalper.

Lat. Sca-rificare, quaſi dicas: Cultro operari, inciſionem facere in arboribus, ulceribus, rotis, &c.

Sac-rificare, quæ vox ad Lit. idem ſonat, ac ſcarificare, ſeu cultro operari; quia abſque cultro non peragebatur ſacrificium:

Sec-uris,

Sica, et Sic-arius, vel qui Sica utitur ad occidendum.

Seces-pita, quæ vox compoſita videtur ex Sachs, ſeu Culter, et *pita* ſeu *peta*, quæ vox nonnullis affigitur nominibus, ut cornu-peta, hæredi-peta, centri-peta, &c. Igitur Seceſpita ad Lit. eſt culter petens; eo quippe corda, viſcerave victimarum petebat, ſeu ſcrutabatur Sacerdos, qui, fortè, ita dictus a Sachs, ſeu cultro, quo utebatur.

Sax-o ita fortè dictus à forma gladii, cultri, ſeu pugionis, quo in prælio utebatur gens illa; quemadmodum populus, quem vulgò *Coſaks* dicimus, appellationem accepit à Coſaſi; (ſpecies gladii apud Arabes) vel á *caus*, i. e. arcus quo jacitur ſagitta apud eoſdem Arabes; vel â *Coſſa*, i. e. ſpecies enſis. Tandem *Franci* à *warang*, i. e. ſecuris bellica, qua communitèr Septentrionales utebantur nationes.

Teuton. ſachs, gladius.

Hetruſc. antiq. ſachins, occiſio.

Gall. Ma-ſac-re, id.

Ital. Sghe-rro, vel ſche-rano, gladiator, Sicarius. Scher-mire, Hiſp. e-ſg-rimir, Gall. e-ſc-rimer, digladiari. Hinc, forte, quoque derivatur Ital. Scia-rrare, profligare, pellere, fugare, quia, ſc. id gladio fit.

Sacrare igitur à Sec-uri (cujus origo Arab. Sakin per comutationem literarum N et R, de qua vid. ſub *Lirio* Luſit. et, ſi lubet, Archæolog. Brit. doctiſſimi Lhuyd pag. 31. col. 3) derivatur, primariaque illius notio eſt: *inſcriptionem ſecurim minitantem apponere.*

Porro nota eſt formula: *Sub Aſcia dicare*, quæ in nonnullis legitur ſepulchralibus monumentis, quæque eiſdem inſculpebatur, ut omnis tolleretur ignorantiæ praetextus, ac ſcirent omnes *aſciam* ſive ſecurim infallibiliter paratam ei eſſe, qui Templum, Nemus, aut aliud monumentum ſub aſcia dicatum violaret. Quapropter *Sacra* vocabantur monumenta illa à ſecuri, qua violatores eorum ſine dubio percutiebantur; violatores autem ipſos *Sacros* pronun-

pronuntiabant, quia *Securi* devoti, propter Moniti contemptum, redebantur; quemadmodum *furca* dignus *furcifer* appellatur. Cum insuper hujusmodi sacratio, consecratio, seu privilegium, sanctionem (quæ quibusdam ceremoniis fiebat) exigeret; hinc ortum duxit compositа vox Sacro-sanctus, i. e. Sacratio, seu priva lex sancta, concessa, ordinata, decreta, atque rata habita.

Tandem secundum vocis Sacro-sanctus membrum est participium v. *Sancio*, quod ab Arab. Sanna (v. Gol. p. 1221) manasse videtur, sub quo extant notiones formandi et præscribendi regulam seu normam vivendi; et sub ejus derivato *Sonnat* legimus: forma, institutum, mos vivendi, lex, &c. hinc quoque fortè originem ducunt *Senator* et *Senatus*.

Quod attinet ad v. sacerdos, non desunt qui illius etymon ab Hiberno-Celt. sagart, i. e. (ut ipsi interpretantur) exector cordis; alii ab Arab. *Sajada* procubuit, adoravit, ducant; utcunque tamen sit, nugatoria prorsus eorum mihi videtur opinio, qui vocis *Sacerdos*, nescio quam sacrosanctam, spiritualem aut Divinam, commenti sunt etymologiam.

SACRIFICARE. V. sacrare.

S A G

SAGIO, seu acutè sentio. Forte à Pers. *sag*, quod canem significat, ut sit canum proprium, qui hinc *sagaces* dicti.

S A N

SANCIRE, sanctus. v. sacrare.

S A R

S A R

SARPEDON (Rex Lyciæ) Vox compoſita videtur ex Orient. Sar, i. e. Princeps, Dux; et padan, quæ vox cum altera Aram, vel etiam ſine illa, Meſopotamiam deſignat, à fertilitate, nempe, ſoli, ut vertit Clariſs. *Gebelin*. Porro vox *padan* fertilitatem indicans affinitatem habere videtur cum Perſ. *abadan*, i. e. cultus, habitatus, incolis repletus, populoſus, abundans, placens. Hinc igitur fortè melius repetenda videtur origo v. Sar-pedon, i. e. ad Lit. Princeps fertilis, ſeu abundantis, (ſupple regionis) quam a ſitu inter duos amnes ut putat Paſſerus p. 19 de Hebraiſmo Ægyptiorum; etſi reapſe Lycia inter duo flumina Xanthum, nempe, et Lymiram ſit poſita.

S C A

SCAMMONIA, ab Ar. ſkamonia. Caſtell. p. 2605.

SCARIFICARE. V. Sub. Sacrare.

S C E

SCENA. Adde Canadens. vocem *ſcon*, i. e. tentorium.

S C H

SCHISMA. Adde: V. Schiſm Angl.

S C I

SCIRE Affinit. habet cum Arab. ſhar, ſcivit, novit, percepit, intellexit. Gol. p. 1287.

S C O

SCO

SCORPIO. Adde Caraib. *akourou* id. ſignif.

SCR

SCRIBERE. V. Sub Carve Angl.

SCRUPULOUS. V. Sub. Carve Ang.

SEC

SECESPITA. V. Sacrare.

SEP

SEPELIRE. Add. Ex eodem Ar. v. fortè fluxit etiam ſupplicare.

SER

SERRA. Forte à ſtridore ſic dicta; quæ notio extat ſub Arab. Sarra Caſt. p. 2608.

SIB

SIBYLLA, vel, ut ſcribit Tacitus, Sibulla. Ab. Arab. et Perſ. *ſumbul*, ſeu ſumbula, i. e. ſpica; apud quos ſignum Virginis ſynecdochicè hoc nomine vocatum eſt. Cur autem hujuſmodi conſtellationi ſpicæ nomen tribuerint, eamque ſub puellæ ſpicam in manu tenentis figura pinxerint, explicat Præclariſs. Hyde Hiſt. R. V. Pers. Cap. 32. apud quem fabulam quoque de ſibyllinis Oraculis exploſam, ejuſque originem recluſam reperiet Lector. Nos, qui verborum tantum, non autem fabularum, ſuperſtitionumve origines ſectamur, id ſolum curſim

curſim innuemus, haſce, nempe, ex illis quàm ſæpiſſimè fuiſſe detectas; quemadmodum mox citatus Clariſs. vir, ex origine Lat. v. *ſibylla* ab Orient. *ſumbul*, fabuloſas ſibyllas, (quæ veluti Cæleſtis ſcientiæ fontes, numenque in pectoribus habentes, a piæ fraudis Chriſtianis prædicabantur; eiſi à Plutarcho ſibyllæ et Bacchides unà nominentur, nec melioris eſſent notæ, quam Mænades, Thyades, aut Baſſarides, quæ ex Bacchis fuere.) ac ſub earum nominibus procuſſa Oracula revelavit profligavitque. Vide etiam D. Gallæum, Tom. 2 *.

S I C

SICCUS. Adde etiam Groenland. *ſik* id. ſignif.

S I G

SIGILLUM. Apud Arabes v. *Sajala* eſt ſcripſit quid, ſignavitve Judex. Gol. p. 1144.

---

* Perniciosum ſane, quod omni ævo Politicæ inveniantur fraudes. Sed multo magis miſerabile, et (quod malorum maximum eſt) Chriſtianæ fidei puritati inimicum eſt, quod piæ quoque fraudes in uſu fuerint, quò Chriſtianæ Religionis veritas confirmaretur; ut earum inventores vulgo perſuadere callidè ſunt conati, ſordidi tantum quæſtus gratiâ. Nam quî credi poteſt, ut talis ac tanta fictorum miraculorum, Revelationum, Prodigiorum, Amuletorumque denique ad venefi-cia pellenda; omnemque ferè noxam amoliendam farrago, ignoranter à viris Theologicis, ac doctiſſimorum Druidarum (ut quod ſentio ingenuè fatear. Vid. Druidæ) Succeſſoribus divulgaretur? Cum Dei virtutem inculcare, ejuſve cauſam mendaciis, ac fictionibus defendere, utramque potius enervet, quàm corroboret.

S I L

S I L

SILANUS, ſeu tubus, aut fiſtula. Derivari videtur ab Arab. ſala fluxit aqua; ſub cujus derivatis reperiuntur *ſailon*, fluxus aquæ, et maſilon, locus, quo fluit aqua.

S I M

SIMILIS. Adde: Vid. *Same* Angl.

S I R

SIREN. Corrige numeros, et pro eis leg. 343, 344.

S O N

SONS. Vid. Sin. Angl.

S P H

SPHÆRA eſt Perſ. ſipehr, i. e. Cæleſtis globus, ſphæra, fortuna. Item mundus, tempus, et etiam ſol. v. Richards. Lex. Arab. p. 997.

S P I

SPIRITUS. Apud. Perſas *Peri* eſt genius, et ſpiritus bonus. V. dicta de voce *divus* et de Angl. Fairy, ac Lettres ſur l'Atlant. Clar. Bailli p. 145, 183. Ex qua Perſ. v. fortè Latina derivatur, præpoſita lit. S, de qua vid. ſub v. *carve* Angl. et *ſquama*, ac tandem *ſcamander*.

S P U

SPUERE. V. Cuſpir Luſit.

S T A

STANNUM, convenit cum Scyth. tina.

S U M

SUMMUS. V. Cima Hiſp.

S U P

SUPPLICARE. V. Sepelire, et Hebr. ſafala.

S Y C

SYCOMORUS, Arab. ficomorun.

S Y L

SYLVA. Corrige verba : *manavit aſylum* ſeu *protectio*; Nam aſylum potiùs mihi videtur derivari ab Ar. *malaz*, aſylum, refugium ; â radice Laza (per Metath.) confugit, &c. V. Gol. p. 2174.

T A G

TAGUS, vulgo *Tejo* fluv. in Luſit. vid. Druidæ.

T A U

TAURUS: Adde. Notatu dignum videtur eamdem vocem ſignum aut limites indicantem, montem quoque indicare apud Arabes ; nam, ut vidimus, *tor* limes eſt, et etiam mons ; *alam*,

alam, ſignum pec. collimitaneum, ac tenendæ viæ, atque etiam mons quilibet, pec. excelſus; *Djebal*, ſignum erectum, ac ſublime, et etiam mons. Sunt quippe montes, propter eorum aſtitudinem, valde idonei ad ſignandas, limitandas, et agnoſcendas regiones, ac monſtrandas vias, pec. in deſertis; *farton*, mons; et ſignum quoque erectum ad indicandam viam.

TAURUS (animal) Cambr. *taru*; Germ. et Belg. *Stier*; Suec. *tiur*; Arab. *thauron*, ſic dictus ab inſultu, irruptione, ſeu impetuoſiore motu Sanguinis, Libidinis, &c. quæ ſunt notiones v. thara in III. Conjug. cujus eadem vox *thauron* eſt nomen actionis.

T E N

TENERE. Add. Primitiva hæc vox *tan* aſſervatur quoque in Ling. Celtico-Hib. in qua *tan*, ſeu *dun* ſunt regio, locus, territorium; atque ex illis ſimul cum aliis componuntur multæ voces loca aut territoria indicantes; ut: Auguſto-dunum; Lug-dunum, Lon-dinum, vel Lon-dunum, &c. quarum duæ ultimæ *locum* prope *aquam* indicant. Vid. ſub v. Baiæ.

T H A

THAMESIS. Add. vid. etiam ſub v. *Druidæ*, nam v. hujus etymon ibi allatum mihi magis probatur.

T H E

THERMÆ. V. ſub v. hidra Hiſp.

THES-P-ROT-IA. Vid. Græcus in his addit.

TIB

TIBERIS. V. ſub *Druidæ*, et *Spring* Angl. in his addit.

TIG

TIGRIS (fluv.) Vox hæc originem potiùs duxiſſe videtur à Celt. *dir*, vel *dor*, vel *dur*, vel *ter*, *tir*, &c. quæ in multis fluviorum nominibus reperitur ſub Hiſp. voce *hidra* allatis, quibus addi poſſe videntur.

Tir-yns, fluvius Argivus.

Dar-as in Pannon.

Tar-as, fluv. in Scyth.

Tur-ia in Hiſp. Tarrac.

Doris, Maris Nympha ; et ipſum mare.

Ex hac, inquam, Celt. v. derivata videtur quoque *Tigris* interjectâ Lit. *g*, de cujus interjectu quàm plurima reperies exempla apud Clariſs. Lhuyd Archæolog. Brit. p. 12, 24. quorum nonnulla invenies ſub v. to grow Angl. Præterea, ſi fluvius ille ante Spurii Carvilli tempora Latinis notus, eique nomen hocce inditum, neutiquàm Lit. g in hujuſmodi nomine reperiri poterat; ut pote quæ ab ipſo Spurio aliis addita fuerit, ut refert Plutarc. Quodſi poſt Spurii ætatem vox *Tigris* ad illud flumen deſignandum fuit adinventa; ac à Perſ. *tir* (ut nonnullis placet) idem flumen ſignificante deducta foret; rurſus ejuſdem Lit. interjectus recurret.

Tandem, etſi probabilius v. *Tigris* etymon à mox dicta Celt. *dir*, vel *tir*, &c. repetendum eſſe opinor; ſi quiſpiam tamen malit eam a Perſ. *tir* derivare; non tamen ab eadem

eadem Perſ. v. ſagittam deſignante, ſed potiùs *Lutulentum* atque *Cænoſum* indicante illius originem repetendam duxerim. Lutulentum porro admodum ac cænoſum flumen fuiſſe illud facilè crediderim, propter magnas ac terribiles ejus inundationes, quarum duas deſcriptas reperies apud Abul-Pharajii Hiſt. Dyn. p. 392—478.

Haud me latet fluviorum nomina ab eorum curſus natura ſæpe deſumi. Verum, cum juxta melioris notæ Itineraria, vix aliud, quod lentiùs fluat, reperiatur flumen quàm Tigris; (qualiſcunque tandem illius fuerit olim curſus) cumque flumina ab aquarum colore aut natura crebrò pariter appellationem accipiant; quemadmodum, ex. grat; Euphrates ab aquæ dulcedine; (Vid. Gol. p. 1773) yr avon las (in Prov. Angl. vulgò Glamorganſhire) id eſt amnis viridis; yr avon Uydr, (in Prov. Angl. vulgò Monmouthſhire) i. e. fluvius Lutulentus, &c. &c. fortaſſè fluvius quoquè, de quo agimus, à *Luto*, ſeu *Limo* appellationem ſortitus eſt. Id verò nedùm fluviis, ſed etiam nonnullis urbibus accidiſſe compertum eſt. Nam v. Gr. *Peluſium* atque *Pella* nomina ſunt à Luto derivata. Vid. ſub v. Baiæ; et tandem Principis iſtius Hiberniæ urbis appellationem, ſc. Dub-linum, ab amnis lutulenti nigrore per eam tranſeuntis, viri deducunt horum ſtudiorum periti.

Tandem fieri potuit ut Tigres ex Armeniæ Montibus deſcendentes juxtà hunc fluvium ſtabulari conſueveriut; atque hinc Latini nomen *Tigris* illi indiderint; ſicut ex Cambr. *Karu*, quod eſt Cornub. *Karo*, et Hibern. *Cair-fhiad*, i. e. Cervus, derivatur *Rhyd y Caru*, ad Lit. *trajectus Cervi*; quod

quod eſt fluvii nomen non procul Oſveſtria in agro Salopenſi. Ita pariter Cambr. *jurch*, i. e. Capreolus, variorum fluviorum ac rivulorum nomen eſt in Cambria, quorum alii, à velocitate ſic dicti ſunt; alii, quòd Capreoli (animalia in Cambr. olim rara hodie nulla) aliquando circa hoſce rivulos verſati ſunt; ut *Fynnon yr jurch* haud procul ab Oſueſtria apud Salopenſes. Vid. Lhuyd Adverſaria.

T O M

TOMUS. Affinit. habet cum Arab. *tamur*, tomus, volumen ſcriptorium. A rad. *tamara*, ſcripſit in volumine. Gol. p. 1482.

T O R

TORQUES. Adde Arab. *tauk* id Significat. Lit. R ſæpe interjicitur. Vid. *Dumb* Angl.

TORRENS, Perſ. darah. V. ſub Hidra Hiſp. et Gol. p. 378.

T U M

TUME-RE. Ab Arab. tama, vel tamma, (v. Gol. p. 1481, 1484) elatus fuit, extulit ſe, impletus fuit alveus, intumuit flumen; opplevit puteum Torrens, ut ſolo æquata fuerit aqua. Hinc manarunt *tam* turgidum altumque mare, et *tamm* mare; *motaatym*, i. e. collidens, illidens, æſtuans, iratus, tumidus; loquendo de mari, aut fluctibus ejus; 2°. furibundus, furioſus, rabidus, iratus, rabioſus; loquendo de homine: quæ ſecundaria notio 2°. loco poni debet in Lexic. quod Richardſon tamen neglexit. Sed, ut ſemel atque iterum dixi, omnibus ferè Lexicogr. commune hoc peccatum eſt.

Porrò

Porrò cum mox allatis Arab. vocibus ac earum ſignificationibus affinitatem habent Seq. Hibern.

Tomhaidhm, eruptio, ſeu profluvium, velut rivuli ex inſperato exilientis, vel erumpentis ex viſceribus terræ.

Tonnaim, intumeſcere; loquendo de fluctibus.

Tonta, undoſus.

Ton, vel tond, unda. Quæ Lat. v. ab hac Hiberno-Celt. proculdubiò fluxit.

TUMULUS derivari videtur à Celtico-Hibern. tuaim, colliculus, tumulus.

T U R

TURRIS. V. Hector.

TURTUR. Arab. tortor. Utraque v. per Onomatop. videtur formata.

T Y R

TYRANNUS; Anglo-Celt. Tighearn; Hiberno-Celt. Tiarna vel tighearna; Cambr. Teyrn. Mirum in modum ſe torquent Etymologi in hujus vocis Origine inveſtiganda. Eſt autem Tarchanon in Ling. Choraſanica Dux, Princeps, quæ fuerunt primæ notiones v. *Tyrannus*, ut notum eſt. Ex hac voce quoque derivari puto *Tigranes*, i. e, Princeps, Rex, Dux, etſi pro Regis cujuſdam Armeniæ nomine Proprio habeatur. Ita pariter *Brennus*, quæ vox Regem generatim ſignificat à Brenin, (i. e. Rex in Ling. Cambr. vel Breas in Ling. Hibern; aut tandem *Prins* i. e. Princeps in L. Armor.) Ducis Senonum proprium nomen putatur. Verum error iſte ex ignorantia linguarum

linguarum ortus admodum communis eſt. Vid. ſub v. Helleſpontus.

V A G

VAGINA, Hibern. *faigin*, vel *faighin*; Armor. *guin*; Cambr. *guain*; Ital. *guaina*; Hiſp. *vayna*; Luſit. *bainha* affinit. habent cum Arab. *giofon* vagina gladii. V. Gol. p. 515.

V A L

VALLIS. Adde: vel ab Arab. Lav. Per Metath. Gol. 2179.

V A N

VANESCO. Ab Ar. fana. Gol. 1828.

V A T

VATES, Hibern. *faidh* conveniunt cum Ar. *vaada*, prædixit, ſignificavit affuturum alicui quid. Gol. 2695.

V E N

VENTER. Affin. h. cum Ar. et Perſ. butun, per Metath. Lit. N et addita terminatione Latina.

VENTUS. Cambr. guynt; Cornub. guenz, et guinz; Hiſp. viento; Angl. wind; Goth. winas; Iſland. vindur; Suec. vader; Sclav. veiter; Dalmat. vitaar; Luſat. watr; Polon. wiatr; Bohem. witr; Zend *vad*, et pronunciatur *veid*. Quæ omnia derivata videntur a Perſ. *bad*, ventus. Nam nazalatio non variat, ut ſæpè monui. radicis naturam, ut Perſ. ſad, Lat. centum; *Meſis olim* apud Lat; poſtea menſis, quod eſt Hibern.

Hibern. *mis*, vel *mios*; Celt. *la*, Angl. land, et Mexic. lan, locus, regio, &c. &c. Vid. land Angl.

V E R

VEREDUS. Poſt vocem *currit* adde: ut volunt nonnulli. Alii putant derivari ab Arab. *forot*, i. e. equus velox alios præcedens. V. Caſt. p. 3068. Alii ab Hebr. *fered*, quod eſt genus muli ex Equa et Onagro geniti, in curſu admodum velocis. V. Caſt. p. 3058. Veriſimilior tamen Etymologia repetenda videtur ex eo quod Veredarii celerrimis hiſce equis utantur ad celeriter perficienda Regis, aliorumve mandata. Porro *Veredarius* derivatur ab Arab. *barid* ſignificante illum, qui in locum aliquem mittitur, ſive legatum, et uſitatiſſimè Curſorem et Tabellarium. Et verò *Baruda* in IV Conjug. ſignificat. *miſit barid*, i. e. Curſorem. V. Caſt. p. 429.

Hæ tamen Arab. voces ex Ling. Perſ. ſumptæ videntur, in qua extat v. *barid* ſignificans

1°. Duodecim milliarium intervallum, ſive IV Germanica milliaria, per quæ, ut ait Caſtellus, *Veredi*, apud veteres Perſas, qui inventores eorum ſunt, diſponebantur.

2°. Curſor, veredarius, Regius Tabellarius. qui in locum aliquem mittitur. V. Caſt. p. 123.

V I C

VICUS. à Celtico—Hiberno *uiſg*, vel *uiſge*, vel *uiſce* (quæ voces a Britanis, Romanis et Sax. verſæ fuere in *ax*, *ex*, *ox*, *ux*, ut rectè monet Obrien) i. e. aqua. Hinc igitur derivantur benè

multa oppidorum nomina, quæ prope aquam fuerunt ædificata; ut

Iſca in Anglia, nunc Ex-ceter; et apud antiquos Britanos *kaer-eaſk*, quæ duæ poſtremæ voces compoſitæ ſunt ex *cathair*, ſeu *kaer*, i. e. oppidum, urbs; et *ex* ſeu *eaſk*, aqua.

Hex-ham, quod à Romanis vocatum fuit Axelodunum.

Vigo, portus maris in Gallæcia.

Uſcudama olim, nunc Adrianopolis in Thracia.

Uſocona, vel uxocona in Anglia.

Uxella.

Uxellodunum.

Ox-us, fluv. in Aſia, &c.

V I D

VIDUUS: Perſ. biwè; Ital. vedovo; Gall. veuf; Hiſp. viudo; Luſit. viuvo. Apud Arab. *baid*, vel *buwud* eſt ſeparatio à ſuis. Apud eoſdem ſub verbo vahida, ejuſque derivatis extant ſequentes notiones: unicus fuit; ſeparatus et ſeorſim manſit; ſolitudo, ſolus, ſeparatus, ſolitarius. V. Gol. p. 256, et 2636.

V I T

VITULUS. Affin. h: cum Perſ. tawal, per Metath.

U L U

ULULARE. Arab. walwal; Hibern. vaillighim; Angl. to howl; Græc. Ololuzo. quæ omnia per onomatop. ſunt formata.

U N D

UNDA. V. tumere.

U R O

URO. Adde Canadens. *youri*, i. e. coctus; et Hibern. *V'r* ignis.

V U L

VULNUS; Angl. wound; Perſ. welanè id. ſignif.

A D D

ADDENDA et Corrigenda in Spec. II. Ital.

A B B

ABBRUSTOLARE, V. bread Angl.

A L O

ALOCCO; Hiſp. loco; Arab. awlak, i. e. fatuus, demens, inſanus. V. Gol. p. 142, et 2176.

A M M

AMMASSARE. Sub hac voce p. 131. et poſt vocem quinque lin. 6 Adde: Accedunt Cantabr.

Amar, decem.
Amaica, undecim.
Ama-bi, duodecim, &c.

Ex quibus vocibus prima ſc. *amar* videtur *totum* ex utriuſque manus digitis reſultans innuere. Secunda vero *ama-ica*, compoſita videtur ex Cantabr. *amar* decem, et Perſ. *iek*, i. e. unus. Nam ſi tota vox Cantabr. fuiſſet, pro ama-ica ſcribi deberet ama-bat, *bat* quippe apud Cantabr, eſt *unus*.

Lin. 10 poſt verbum *pente* adde; (quod eſt Perſ. *panj*.)

B A N

BANDO Ital. Hiſp. et Luſit; Bannum Latino-Barb. Ban Angl. et Gall. et tandem Bann Hibern. quæ omnia derivata videntur ab Arab, v. *Bana* ſub quo, ejuſque derivatis extant ſequentes notiones: manifeſtus fuit, diſtinctè patuit; manifeſtum reddidit, declaravit; innotuit, manifeſtus evaſit; manifeſtum habuit, ſcivit, agnovit; et tandem id, quo aliquid declaratur. Et verò quid aliud *bando* eſt, niſi proclamatio, ſeu notificatio?

BARZELETTA. Perſ. bazale, i. e. jocus. V. Richardſ. p. 397.

B I A

BIADA. Convenit cum Hibern. biadh, victus, cibus, alimentum.

B R A

BRACIA. V. Hector in his addit.

B R U

BRUCIARE. V. Hector in his addit.

BUR

BURBOLO. Affin. hab. cum Hibern. *borb*, ferox, ſeverus, crudelis.

CAI

CAIRO. Arab. Alkahirat, i. e. Victrix, auguſta. Sic igitur appellata per excellentiam fuit Metropolis Ægypti; cum anteâ vocaretur Fuſtâta. V. Gol. p. 207, et 1975.

CAL

CALA. Vid. Catheta Luſit.

CAM

CAMERATA. Vid. ſub Pelaſgi in his addit.

CHI

CHIEDERE. V. ſub Helleſpontus.

CHITARRA. V. dicta ſub v. Cithara in his addit.

COD

CODARDO. V. coward Angl.

COG

COGLIONE. Affinit. h. cum Chilenſi *Collu* teſticulus.

COS

COSCIA. V. cuiſſe Gall.

DAN

DANARO, Hiſp. dinero, Arab. *dinar* nummus; *dannara* pecunioſus fuit.

DIA

DIAVOLO, Lat. diabolus. Certo certius mihi nunc videtur vocem hanc compoſitam eſſe ex Arab. *zu*, i. e. *poſſeſſor*, *dominus*, *præditus*; et *balao*, i. e. *tentamen*, *ærumna*, *afflictio*, ut qua homines probantur; ſumiturque ſive in bonam, ſive in malam partem. Vid. Gol. p. 326. Quapropter tota vox ad Lit. eſt *poſſeſſor*, ſeu *dominus tentaminis*, ſeu *præditus tentamine*, i. e. *tentator*; et ita hujuſmodi appellatio convenit cum Lat. Aſmodæus, necnon Græc. Aſmodaios quoad ſignificationem; derivatur quippe utraque vox à Perſ. azmudè, quæ eſt particip. paſs. verbi *azmudan*, id eſt *tentare*, *inſtigare*, unde notio particip. præt. *tentatus*, *inſtigatus*; nec non, pro Perſicæ Ling. ingenio, *tentans*, *inſtigans*, *tentator*. Quam appellationem apprimè Diabolo convenire, nemo eſt qui ignoret. Tandem Arab. *zu poſſeſſorem*, ſeu dominum ſignificans, æquivalet alteri Arab. voci *Saheb*, necnon Hebr. *baal*; (vid. Animadverſiones meas Philolog. p. 44) et tandem Perſ. *dar*, de qua alibi verba feci. Vid. *Dromedarius* in his additionibus. Ex eadem Arab. voce componitur etiam Dioniſius, quam vide in his addit.

DIO

DIO Ital.
Lat. Deus.

Gall.

Gall. Dieu.
Hiſp. Dios.
Luſit. Deos.
Græc. Theos.
Cambr. Dyu.
Cornub. Deu.
Armor. Due.
Hibern. Dia.
Perſ. Dei. Quæ voces omnes a Celt. TA, vel DA, vel DHA, vel DAGH in Cambr; Cornub; et Hibern. Ling. aſſervatis, ac BONUM indicantibus, derivantur. A BONITATE igitur DEI nomina originem ducunt.

Ita Cantabr. *unqui* eſt bonus; et hinc *Jaincoà*, i. e. Deus.

Ex eadem notione bonitatis, quæ reperitur in Celt. DA, TA, &c. derivantur ſequentes voces PATREM ſignificantes

Hibern. Daid.
Cambr. Dad.
Angl. Dada.
Cornub. Tad, et Taz.

Hinc quoque fortè manarunt Lat. *da-re* et Perſ. da-dan; *da-tum*, Perſ. *dad*, quæ Perſica vox juſtitiam et æquitatem etiam indicat, atque cum voce *kar* Deum deſignat. Nam bonum facimus, cum alicui damus.

Præterea nomina alia Deum ſignificantia à Bonitate ſunt deſumpta, ut

Germ. Gott.
Belg. Goodt.
Dan. Gud.
Suec. Gudh.
Angl. God.

Perſ.

Perſ. Choda. Quæ omnia derivantur ab hac primitiva, ac Celtica TA, vel DA, vel DAGH, vel DHA per Metath. vel præpoſitionem Literæ G. Vide dicta ſub v. Druidæ et Coward Angl.

D O M

DOMO, ſeu duomo (Eccleſia Cathedralis) Dubium non eſt, quin vox hæc affinitatem habeat cum Lat. *domus*, quæ eſt Hibern. *dohm*, vel *daimh*, ex qua Hibern. v. alia rurſus oritur, nempe, Daimh-liag, i. e. quodlibet templum lapideum; nam *Liag* eſt Lapis magnus. Notum præterea eſt templa Primaria nedum Cathedralia, (à ſede, ſcilicet, Epiſcopi) ſed etiam *Domo* ab Italis, ac Dom-kirkjor a Suecis fuiſſe dicta. Porro ædificia hæc a judicialibus functionibus in iiſdem peractis nomina accepere; nominaque ipſa à Celt. voce *Dom* originem ducunt, ſub qua etiamnum extant notiones *judicii*, *judicis*, *judicandi*, &c. in Angl.

DOOM, judicium, ſententia, arbitrium.

To doom, judicare.

Doomſ-man, judex.

Domſ-day, dies extremi judicii.

Domſ-day- book, Liber judicialis.

To deem, arbitrari, exiſtimare.

Demſter (in inſula vulgò of Man) judex.

Germ. *doam*, vel *duom*, vel *tuom*, judicium.

Anglo-Sax. *dom* idem.

Belg. doem, id.

Sviogoth. dam, judicium, 2°. ſententia. 3°. poteſtas, juriſdictio.

Dome, juriſdictio. quæ vox occurrit tantum in Compoſitis. Vid. Lex. Ihre.

Doma,

Doma, judicare; Ulphian. domjan; iſland. dæma; Anglo-Sax. deman; Germ. duomen; vel tuomen; Belg. doemen. Tandem Lat. *damnare* ab his alienum non videtur, licet à primævo ſenſu aliquantulum declinaverit.

Domſtol, tribunal.

Domherre, Canonicus, qui in judicio Eccleſiaſtico Aſſeſſor ſub Papatu fuit. Ab hoc Collegio Canonicorum (ait Ihre) et judicio, quod ſecundum Eccleſiæ Canones ab eo exercebatur templa Primaria appellata fuere Domkirkjor, qualia in ſingulis Diæceſibus erant.

Iſland. domur, judicium, ſententia.

Lappon. Dobmar, ſive duobmar, judex.

Dobmo, ſive duobmo, judicium, ſententia.

Perſ. Dan, ſciens, intelligens, qui putat, cenſet aut arbitratur.

Arab. Dana, ſub quo extant notiones *judicandi*, *condemnandi*, *judicii*, *judicis*, &c. Arab. autem ac Perſ. Ling. cum noſtris Celticis Harmoniæ minime officit finalis Lit. N, quæ crebrò in M (quemadmodum et hæc in illam) commigrat, ut

Ital. Scanno, vel Scranno; Lat. Scamnum

Lat. Biennis, triennis, &c. bimus, trimus, &c.

In inſcriptionibus Ant. *quicumque*, *imfans*, *quamtus*, &c. poſteà *quicunque*, *infans*, *quantus*, &c.

N ante B, P, M in M commigrat. Priſcian. l. 1.

Latini Græcum *on* in *um* vertunt, ut *brachion* brachium.

Hebr. plural. terminatio *im* eſt Chald. *in*.

Hiſp. *quien*, Luſit. *quem*, quis.

Con, Luſit. *com* cum.

Eſtannar, Gall. etamer, à Lat. Stannum.

Don, Luſit. *dom*, titulus honorificus.

Confites, Gall. confiture, Angl. comfits.

Zancajoſo, Cambr. Koeſgam, vel Kangoes, i. e. varus, quæ derivantur à Celt. *Kam* curvus.

Ex hac Celt. v. fortè manavit etiam Græc. *temis*, Lex. quinimò et *demos*, quæ vox non populum univerſè, (qui *Laos* dicebatur) nec turbulentum, (qui oklos vocabatur.) ſed judicialiter congregatum, propriè deſignaſſe videtur.

Extat quoque Judicis notio ſub *dom* in Gall. voce *Maire-dom*, in qua æconomicum munus officiumve nequaquam vox *dom* deſignat. Nam, ſi ita eſſet, poſſet ille, qui illiuſmodi officio fungeretur ad Regis nutum exauctorari; cum tamen Nationalis Conventus Clotharium ad Garnierum in hujuſmodi officio retinendum; imo (cum inter eos jurgia eſſent) ad gratiam cum eo reconciliandam compulerit. Vox igitur *dom* judicem deſignat, ita ut *Maire-dom* ad Lit. ſit: ſupremus Judiciarius, ſeu Primarius totius regni Judex. (Angl. Lord Chief-Juſtice) Et verò eadem v. *dom* in Suec. *domare*, ſive dommair (quæ planè eſt inverſa v. mair-dom) judicem ſignificat; etſi ad Lit. ſit Primarius judex.

Præterea Major Domus nuncupatur S. Leodegarius in illius vita. Cap. 4. ubi de Chelderico: *Idem Sanctum Leodegarium Pontificem ſuper omnem domum ſuam ſublimavit, et Majorem domus conſtituit.* At, cum ferè conſtans ſit officio æconomi, ſeu Proviſoris Aulæ Regiæ nunquam donatum S. Leodegarium,

rium, censent Valesius L. 21. Hist. Franc ; et Cointius in Annal. Eccles. Franc. an. 670 hacce nomenclatura *Præcipuum Consiliarium* denotari. Quibus adstipulantur Additamentum 2 Legis Burgundiorum § 13. et quæ leguntur in Præfat. ejusdem legis ; ac tandem quæ habentur in Lege Ripuar. Tit. 88. quibus addi possunt quæ leguntur in Repert. foror. Aragon. Vide Michael. del Molino sub v. confratria, ubi ait : Majores domus, Cæsarauguſtæ, dicuntur 3 judices Confratriæ Mercatorum, qui exercent jurisdictionem, et sedent pro Tribunali in Domibus Disputationis in Aula Superiori, &c.

De judiciis tandem a Patribus in eorum domibus latis, (à quibus judiciis ædificia illa dom-us fuerunt appellata) nemo unus ignorat, viros in uxores, sicuti in liberos, vitæ necisque habuisse potestatem, ut tradit Cæsar de Gallis l. 6, qui etiam refert : penè in singulis domibus Factiones, earumque Principes esse, quorum ad arbitrium judiciumque, summa omnium rerum consiliorumque redibat ; suos enim opprimi quisque et circumveniri non patitur. Intelligebant autem tantum esse Parentum erga Liberos amorem, ut abuti potestate, si maximè velint, minimè possint. Idem mos viguit apud Persas. Tandem lex Romuli potestatem marito in uxorem concèdebat, si uxor esset in adulterio, aut vini usu deprehensa, teste Dyonis. Halicarn. Sed uxoris Cognati cum viro judicabant ; quo jure usus legitur Plautius apud Tacit. l. XIII. Annal. Falluntur igitur plerique, qui cum Justin.

in Cap. de Patria poteſt. nullos, exceptis Romanis, tantum juris in filios habuiſſe tradunt.

D O N

DONNA. Add. Vox hæc affinit. habet cum Chilenſi *domo*, i. e. fæmina.

D R U

DRUDO. V. Sub Miſſa.

D U O

DUOMO. V. Sub *domo* Ital.

F A Z

FAZZOLETTO. V. Facies in his additionibus.

F E L

FELCE. V. Filix in his addit.

F E R

FERSA (portio panni, corii, &c.) Ab Arab. faraz, ſegregavit, diſcrevit; quod eſt Hebr. *pharas* partitus eſt, diviſit.

F O L

FOLLE. V. mato Luſit.

F R E

FREDDO. V. froid Gall.

G A R

GAROFANO. Pro Arab. kavanfol leg. karanfol.

G A T

GATTO. V. Catus in his addit.

G I R

GIRAFFA. Pro *aut* leg. autem.

G I O

GIOGO. Adde Perf. chugh, jugum. Richards. p. 706.

G O B

GOBBO. V. gibbus in his addit.

G O N

GONNA. Adde poſt vocem *gonde-mar*, &c. ſinicam *guan*, i. e. homo ut zin-guam, homo ſincerus, bonus, juſtus, &c. et Braſilienſem *cunha*, i. e. fæmina, poſt vocem Iſland. *Cona* pag. 155. l. 4. et poſt v. *King*. pag. 156. l. 4. adde: vide King. Angl. in his additionibus.

G U A

GUA

GUAIME. Adde Cambr. guair, vel guyran, vel gueiryn, i. e. fænum.

GUAINA. V. Vagina in his addit.

INA

IN-AFFI-ARE. Radix eſt Perſ. *ab*, water.

LIU

LIUTO ab Ar. *wud*, teſtudo, Chelys. Gol. p. 1665.

MA

MA, Gall. mais, Luſit. mas. Affin. h. cum Arab. et Perſ. *amà*, ſed.

MATTO. V. Luſit. mato.

MET

METALLO, Hebr. metal, Arab. mohlon, minera quævis, metallum, æs, ferrum.

MON

MONETA. V. nummus in his addit.

MONTE. Affin. h. cum Hiberno muin, mons.

ORG

ORGOGLIOSO. Affin. h. cum Arab. Ogailo, ſuperbus, arrogans. Inſerta, nempe Lit. R. V. *dumb* Angl. et Gol. p. 784.

PAR

PARROCHIA. V. Parochia in his addit.

PIC

PICCOLO. A Celt. voce pig vel peg, i. e. parvulus, quæ adhibita fuit à Græcis in v. *pig-maios*, pumilio, et extat pariter in Gall. bichon, ſpecies canis exigui.

Hibern. Beag, vel big parvus.

Cambr. Bychan, vel bach, id.

Cornub. Bihan. vel byxan, id.

Armor. Bihan, id. et Bichel, puer.

Scot. Philli-beg, parva cyclas.

Angl. Pig, porcellus; Batav. Bigge.

Peg, paxillus.

Peg,

Peg, vel Peggy, vel pigſney, quæ propriè ſunt obligationis ac blandimenti verba, quibus puellulas compellant Angli.

Beagle, genus parvi canis.

Pig-widgeon, quælibes res parva.

Luſit. Peq-ueno, parvus.

Arab. Boggion, pullus avis. V. Caſtel. p. 270.

Perſ. pechè, begiah' vel peggiah, i. e. parvulus. 2°. Infans. 3°. Catulus Leonis. 4°. fætus, loquendo de homine, vel ave. Poſtremò pullus animalis cujuſcunque. V. Caſtel. p. 97.

Convenit tandem Celtica hæc vox cum Chilenſi *Pichi*, parvus.

R E S

RESTA. V. Reſtis in his addit.

R O M

ROMA. V. eandem v. in Spec. Hiſp.

S A L

SALA. Adde l. 18 poſt verba *Hungar. het*; adde, inquam, Scythic. *Seitſmaen*; et *ahitou*, i. e. Septem apud habitatores regionis vulgò *Taiti* dictæ.

SCI

SCIARRARE. V. Sub v. *ſacrare* in his addit.

SEC

SECCHIA. Origo hujus vocis repetenda videtur ab Arab. Saka, ſub qua reperiuntur notiones capiendi ac deferendi aquam, hauriendi aquam ex puteo, &c. V. Gol. p. 1187.

SGH

S-GHEMBO. A Celt. *cam*, curvus, tortus. V. Camus et Scamander.

SGHERRO. V. Sub Sacrare in his addit.

SPO

SPOLA, Hibern. Spol radius Liciatorium.

TAC

TACCONE, v. tacon Hiſp.

TAN

TANA. Adde Hibern. *tuinnidhe*, i. e. caverna.

TAR

TARTUFOLO, Gall. truffes. Affinit. h. cum Arab. tartut, i. e. fungus eſculentus. Gol. p. 1450.

T A S

TASTO. Sub hac voce prò *raetentamus* lege prætentamus; atque adde poſt v. *impingitur:* Ita ex Hibern. *Lais*, i. e. manus, derivatur Laiſ-eadh, i. e. projicere, jacere, allidere, ejicere.

T E V

TEVERE. V. Sub Druidæ et Spring in his addit.

T U

TU. Affin. h. cum Perſ. to id.

T U R

TURCASSO. Affin. h. cum Perſ. tirkeſh, pharetra.

V A L

VALIGIA. Adde Hibern *Bolg*. id. ſignif.

U O M

UOMO. Vid. ſub. Land Angl. in his addit.

Z A R

ZARA. Sub hac v. prò ſignificare Leg. ſignificaſſe.

Z A R

ZAZZERA. Affin. h. cum Scyth. *czas*, coma.

Z E C

ZECCHINO. Affin. h. cum Arab. *Sek*, i. e. moneta typo ſignata. Caſtel. p. 2522.

Z I N

ZINGANO. Adde Germ. Zigeuner, quæ vox idem deſignat, cujus German. vocis originem (quæ certe eadem eſt ac Ital. v. origo) ſic inveſtigat Scherer in Libro, cujus titulus eſt: *Recherches hiſtoriq. & Geograph. ſur le nouveau Monde* pag. 223; edit. Paris. an. 1778.

Le veritable nom & le premier de tous les peuples que l' on comprend ſous le nom general d' *Eſclavons*, etoit *Czighi*, & leur premiere patrie le mont Caucaſe. Les Bohemiens ſeuls ont conſervé leur premier nom de *Czechi*. De ces memes viennent ceux que Monſ. N. appelle *Bohemiens*, & aux quels les Allemands donnent le nom de *Zigeuner*. Le Juif Benjamin aſſure que les Eſclavons vendoient une quantité conſiderable de leurs Enfants aux peuples qui les avoiſinoient. Saladin Sultan d' Egypte voulant etablir au XII^e^. ſiecle une milice pareille à celle des Janiſſaires, acheta un grand nombre de ces Enfans, qu'il fit elever dans la religion Mahometane, aux quels il fit apprendre l' exerciſe & dont il compoſa ſa garde ordinaire. En

Egypte on leur donnoit le nom de Mameluks, ce qui ſignifie un eſclave acheté du mot *malak*, acheter, s' approprier. De la vient qu' on appelle un renegat *mamaluk*, parce que les premiers mameluks étoient des enfans Chrétiens éleves dès leur enfance dans la religion Mahometane. Ces Mameluks, qui ſont les veritables *Czighi*, s' emparerent peu-a-peu d' un pouvoir aſſez etendu pour faire trembler les Sultans eux memes C' eſt pourquoi l' an. 1517. le Sultan Selim prit la reſolution de s' en defaire. Ceux qui furent aſſez heureux pour échaper à la proſcription, ſe repandirent dans les Contrées voiſines, & reprirent de nouveau leur premier & veritable nom de *Czighi*. (Voyez Bergeron dans ſon abregè de l' hiſt. des Sarraſins & des Mahometans. Chap. 8. p. 375.) C' eſt de ce nom de Czighi qu' eſt provenu la denomination moderne de *Zigeuner*. (Ital. Zingano) Les François leur ont conſervé leur veritable nom d' Egyptiens (Angl. gypſies) ou Bohemiens. Voyex Etienne Paſquier dans ſes recherches ſur la France l. 4. c. 17. Vide tamen Diſſertation on the Gypſies by Heinrich Moritz Gottlieb. Grellman tranſlated from the German into Engliſh by Mathew Raper, London, 1787; et Archaelogiam ſeu miſcellaneous tracts relating to antiquity, &c. vol. 7. p. 382, in London.

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN

SPEC. III.

A B R

ABRASAR. V. Hector in his addit.

A C A

AçACAL Luſit. Ab Arab. ſaka, aquam cepit, vel detulit, aquam præbuit, potum dedit.

AçACALAR. Vid. Acicalar.

AçAMAR. Dubium non eſt derivari v. hanc ab Arab. *aſama*, ſub qua extant notiones tutaminis et defenſionis. Gol. 1592.

A D E

ADELLA. Luſit. Ab Arab. dallal, proxeneta, qui per forum incedens res venales circumfert et divendit. Gol. p. 851.

A F A

AFAN Hiſp. ſub hac v. et pag. 188. l. 6. pro zup leg. zuf.

AGACHARSE. Videtur derivari ab Arab. gachgach, contraxit ſe, abdidit ſe. Gol. p. 685.

A L A

A L A

ALAUDE. V. Liuto Ital.

ALAZAM. p. 189. lin. 8 pro 612. leg. 621.

A L F

ALFAQUI Hiſp. Ab Arab. fakih, i. e. præditus intelligentia, et juris divinarumque rerum ſcientia. Item Preſbiter Mahummedicæ religionis. Gol. p. 1818.

A L V

ALVERQUE Hiſp; albergo Ital; auberge Gall; herberg Germ; hærberge Sviogoth. Quæ omnia potiùs derivari videntur ab Arab. *baraja*, i. e. cibum et potum largius ſumpſit; vel cibi et potus copiam habuit. (Gol. p. 247.) Accedit Chald. *borjan*, i. e. hoſpitium, diverſorium, popina, domus extra urbem extructa, in qua venduntur victualia viatoribus. Ex eodem fonte manarunt

Lappon. Barganes, cui nihil deeſt illorum, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt.

Birget, ſatis habere.

Barreje, edens, comedens.

Sviogoth. Bergnin, victus, alimonia, ratio ſe ſuſtentandi.

Berga, edere, comedere. 2°. recipere, excipere.

Hærberge, diverſorium, locus ubi menſa tectoque excipiuntur advenientes.

Hinc tandem (ac probabiliori fortè conjectura) derivantur Latin. *Parocha*, *parochia*, *parochus*; etſi ſub v. Parochia aliter de

de hujus vocis origine ſenſerim. Erat namque *parocha* convivium; *parochus* convivator qui advenientes excipiebat; et tandem *parochia* diſtrictus, ſeu portio terræ, quæ veteranis ducibus ad ſuſtentandam vitam dabatur. Vid. *parochia* tamen, ſi tanti eſt.

Denique vocem hanc orig. Arab. eſſe corroborari poteſt ex Arab. articulo in Hiſp. *alvergue*; Ital. albergo; ant. Gall. haulberge; cujus articuli Lit. L commigravit (ut creberrime accidit) in R in Germ. herberg, et Svigoth. hærberge, quidquid ſentiat Doctiſſimus *Ihre*.

A N C

ANCAS Hiſp. et Luſit. convenit cum Chilenſi *anca* Lumbi.

A R R

ARRASAR (Lat. ſolo æquare) fortè ab Arab. *arz*, terra, ſolum. Convenit etiam cum Græc. Rhaſſo, A-raſſo.

ARRASTRAR (Lat. raptare) fortè ab eadem Ar. *arz*.

A T A

ATAVIAR, ornare, fucare. Fortè ab Arab. tawwas, i. e. compſit ſe mulier pavonis more. Gol. 1489.

A X E

AXEDREA Hiſp. V. Satureia Lat.

A X O

AXORCAS Hiſp; iarak Turc. iara Perſ; aliaraj Arab. armilla, metacarpium. Gol. p. 2758.

A X U

A X U

AXUAR Hiſp. enxoval Luſit. Mirè corruptæ voces ex Arab. akar, dos, aut nuptialia dona mulieris. Gol. p. 1617.

B A H

BAHIA, (ſeu ſinus maris, portus, navium ſtatio) Hiſp. et Luſit; Bay Angl. Baie Gall; Bath Hibern; et apud antiq. Baia, ut refert Iſidor. de Orig l. 14. cap. 8.

Radix hujus vocis, nempe, *ba*, ſeu *ma*, ſeu *va*, ſeu *pa*, ſeu *be*, ſeu *bu*, &c. (alternant enim labiales v, b, p, m. De vocalibus autem vid. dicta ſub v. Pariſii) *aquam*, ſeu *mare* deſignat; atque nunc hanc. nunc illam, ac nunc tandem utramque notionem retinet in

Perſ. *Bahe*, i. e. mare, et etiam quælibet magna quantitas aquæ, quæ vadari non poteſt.

Pai, vel *pa*,, curſus aquarum.

Bej, vel *pej*, aqua, ac ejuſdem lentus fluxus. Vid. Lex. Arab. Richardſ. p. 342, 348.

Arab. *Ma*, aqua *.

---

* Arab. hæc vox reperitur in Græca Mai-an-d-ros, Mæander fluvius Aſiæ Minoris admodum flexuoſus; i. e. ad Lit. aqua circulatim fluens. *An* convenit cum Hibern. *Ain* circulus; et *ro* cum Hibern. *ro* ire.

Belg.

Belg. Becke, rivulus.
Vaſcon. ibaya, amnis.
Scot. Bok, mare.
Cambr. bodhi, mergere.
Arm. beydhi, idem.
Hinc Bodotria Tacit. Boderia Ptolom. nomen loci in Scotia, quod ad lit. eſt habitatio demerſa. Vulgò the Forth or Frith,
Hibern. Bochna, quod eſt Græc. Bune, mare vaſtum. Bath mare, et etiam ſinus maris.
Mach-ta, unda.
Bane, id.
Bea-thra, aqua.
Ba-thais, baptiſmus.
Ba-thamh, mergere.
Ba-iſdim, baptiſare.
Ba-iſteach, pluvia.
Ba-idh. unda.
Bu-aice, id.
Ba-idheadh, mergere.
Ba-iſin, pollubrum.
Bua-l, aqua.
Bui-le, vel boy-le fluminis nomen in Prov. Hibern. County of Mayo vulgo dicta.
Hinc quoque nonnulla vaſa aquaria, oppida prope aquam ſita, ac tandem plura ad aquam quodammodo pertinentia appellationes deſumpſere, ut

Ital. ba-cino ; Angl. Baſon ; Hibern. Baiſin : Hiſp. bacia ; Germ. Becken ; i. e. pelvis, concha, pollubrum.

Bu-cato ; Angl. bu-cking of clothes, Lixivarium.

Bi-chiere, poculum.

Bo-cale, Hiſp. bocal, Græc. baucalion, laguncula.

Gall. Bichet, Græc. bikos, urna anſata, urceus, &c.

Angl. Buc-ket ; Hibern. *Buicead*, ſitula, hauſtrum.

Bath ; Gall. bain, balneus,

Bu-oy, Luſit. boya, index anchorarius ſic dictus quia fluitans in aqua.

Boium, oppidum in Locr. ad Cæphiſum,

Veia, fl. prope Viterbium in Hetruria.

V i, unde Veientes, quorum regio aquis et paſcuis abundabat.

Diar-bec (unum ex Meſopotamiæ nominibus) Etſi vox hæc Diar-bekr legatur apud Gol. qui putat vocem hanc compoſitam eſſe ex *dar*, (manſio) et bekr, quod juxta ipſum eſt nomen cujuſdam Arab. tribus ; tamen, cum Arabes (ut ait Gebelin. Eſſay d' Hiſt. Orient. p. 5.) regionem hujuſmodi Diarbec vocent ; ac idem hæc vox ad lit. ſonet, (quemadmodum et aliæ duæ *Meſopotamia*, nempe, et *Aram nahrim* eandem regionem indicantes) ac manſio fluviorum, quia inter Tigr. et Euphrat. ſita, ut ait id. Gebel ; erit Diar-bec compoſit. ex Celt. *Ba*, ſeu *be*, quam præ manibus habemus, et Orient. *dar*, quæ affinit. habet cum Cambr. *daiar* ; Cornub. *dor*, et Armor. *duar*, i. e. terra, provincia, regio.

Bai-kal, Lacus in Siberia.

Baya, vel baja, oppid. ad Danubium in Hung. fertili ſolo circumdatum.

Ba-hus,

Ba-hus, in Suec. Opp. in parva inſula ſitum.

Bay-eux, Bay-onne in Gall. &c. &c.

Angl. Beaver, i. e. Caſtor, ſic dictus quia caſam prope aquam ædificat. Ob eandem rationem Cambr. dicitur *Avangh.* Nam *avon* Cambr; *auan* Cornub, et *avan* Hibern. amnem (quæ v. ab *avon* fluxit) deſignant.

Clariſs. Gebelin v. hanc à Celt. *bi* vivere, et *ver* aqua, derivat. Tantundem eſt; nam eadem Celt. radix *ba*, ſeu *be*, ſeu *va*, ſeu *ve* recurrit.

Bea-ch, Litus maris.

Germ. Be-cken, pollubrum.

Antiq. Bu-chen, lavare. Affin. habet cum Ital. *Bu-cato.*

Hiſp. Bu-ceo, urinatio.

Luſit. Bu-zio, urinator.

Lat. Po-culum.

Baiæ. Civitas Campaniæ, calentibus ac ſaluberrimis aquis; necnon Cæli temperie, ac amæno ſeceſſu celeberrima. Non igitur à Baio Ulyſſis ſocio; ſed ab aquis, quibus abundat, et à mari, cui proxima erat, nomen accepit civitas illa; id quod pluralis terminatio quoquè ſuadet. Ita *Puteoli*, à puteorum multitudine; et *Bahia* (nomen Portus maris in Amer. Merid.) a ſinu maris, prope quem ſita eſt nomina duxere; ac in Hibern. Prov. vulgo King's County nuncupata oppidum extat *Birra* appellatum, (quæ vox a *Bir*, i. e. aqua derivatur) quia, nempe, fontibus et puteis abundat locus ille. Tandem *Baden* in German. à balneis nomen accepit.

Boa, Serpens aquatilis. Ab aqua igitur (quemadmodum Hydra) vox hæc originem trahit; non autem quia alatur primò bubuli lactis ſucco, ut ait Plinius.

Bi-be-re. Ab eadem Celtica radice repetita. Quæ repetitio haud raro adhibetur in formatione verborum; ut in poples, cu-cumis, Do-dona, iden-tidem, me-mini ab ant. meno, &c. Ommiſſa tamen fuit in Gall. *boir*, quod propterea propinquius Celticæ radici eſt. Nam Celtico-Latini dicebant *bu* et *bua* i. e. potus; *buo*, i. e. bibo. Unde *Vinibuæ* apud Lucil.

Ex eadem primitiva voce *ba*, ſeu *pa*, ſeu *ba*, *bo*, *bu*, &c. (quæ eſt, per Metath. Orientalis *ab* aqua) aquam deſignante, pronum ad lacus, flumina, paſcua, ſeu loca irriguis abundantia, eadem voce indicanda, fuit iter. Igitur ex ea quoque derivantur

Græc. antiq. Boô. ex quo manarunt

Bo-ſko, quod eſt Lat. pa-ſco.

Bo-ſki, pa-ſcuum, quod eſt Ital. Boſco, Belg. Boſch, Hiſp. Boſque, propter ſaltus, irrigua, ac paſcua, quibus nemora abundant.

Bo-ſis, id.

Bo-tir, pa-ſtor, Gall. berger.

Bœotia, quia paſcuis abundans ſic dicta.

Eu-bœa. Propter paſcua ſic dicta pariter.

Bœbeis, nomen lacus in Theſſalia.

Quoniam vero de Commigratione lit. M in B mentionem feci, nonnulla ejuſdem commigrationis exempla afferam.

Cambr. Melin; Cornub. Belin, mola.

Moes; Hibern. Beas, mos.

Menniu;

Menniu; Hibern. Bean, fæmina.
Mann; Hibern. Ball, locus.

Lat. Marmor; Gall. marbre.
Cammarus; Ital. gambaro.
Murmur; Ital. borboglio.
Bellaria à Mel.
Huber ab humeo.
Tuber à tumeo.

Græc. molgos, lat. bulga, Æol. bolgos. Nam Æoles mutabant M in B. Vid. Voſſium.

Angl. Biſ-hop. Non deſunt qui hanc vocem compoſitam eſſe dicant ex Celt. Miſs, (ex qua vox *Miſſa* in Eccleſia Romana deſumpta fuit. Vid. ſub Miſſa in his additionibus) et *hoff*, i. e. caput; ita ut vox hæc deſignet præſidem, ſeu caput illiuſmodi ſpiritualis functionis; atque hinc fortè repetenda eſt origo Celtico-Helleniſmi *Epiſcopos*.

Brine à marine; Browne, à morwin, (diminut. ex Cambr. maru, quod eſt Hibern. bran, i. e. niger, in quibus vocibus recurrit earundem lit. alternatio) nigellus; brackiſh, à Mar-acquiſh, &c. &c.

Tantundem igitur fuerit ſive quis ſcribat in veteribus Dialectis *Ba*, *Be*, *bi*, *bo*, *bu*; ſive *Ma*, *me*, *mi*, *mo*, *mu*; ſive *fa*, *fe*, &c.

B A I

BAINHA, Luſit. Vid. Vagina.

B A N

BANDO. V. bando Ital.

Banhos Luſit. i. e. publicatio Sponſalium. Vid. bando Ital.

B A R

BARBERO Hiſp. barber Angl. &c. Aff. h. cum Perſ. barber id. ſignif.

Barra Luſit; Angl. bier. Charontis Cymba, juxta Diod. Sic. l. 1. ſect. II. § 34, appellabatur *barin*; atque in Ling. Septentr. *baar* et *baren* ſignificant *feretrum*. Vid. Rudbeck, p. 560.

Barriga. Vid. Angl. brother in his addit.

B I B

BIBARO Hiſp. V. beaver Angl.

B I L

BILHA Luſit. Hibern. bilian, vaſculum.

B I R

BIRETTE. Adde Turc. *baruta*, pileus ex lana, pileolus. Vid. Meninſk Theſ. L. L. O. O.

B O D

BODA. Adde: Certe apud Gothos olim *Bod* convivium notavit, unde *bodſmen* convivæ. Immò non rarò *bod* apud Scriptores Iſlandicos ſpeciatim de convivio nuptiali uſurpatum occurit. In Sviogoth. l. *bod* eſt invitatio; hinc gæſtabod, convivium. Accedit Lappon. *bod* taberna, Luſit. bodega; *bodo* convivium; *biuda* invitare; baæſmæn, convivæ.

BODE

BODE. Adde: vox hæc affin. habet cum Angl. *buck*, et Hibern. *boc*, quæ nunc ſcribitur poc, i. e. caper.

B O R

BORDA. Affin. h. cum Hibern. bord, ora, litus, extremitas cujuſlibet rei.

B O T

BOTA Hiſp. Ab Arab. botat, urceus coriaceus, in quo liquidiora circumferunt viatores; et urceolus ex corio plicatilis, unde aquam bibunt. Gol. p. 284.

B O Y

BOYA Vid. bahia Luſit.

B R A

BRADAR. Convenit cum Hibern. bladh-ghaim, clamare, vociferare, unde oritur *bladh* fama, celebritas, quod eſt Luſit. brado.

BRASA. Vid. Hector in his addit.

B R I

BRINGELA. Sub hac v. lin. 3, dele repetita verba; et lin. 5 lege *ventoſitate*.

B R O

BROQUEL. Convenit cum Cambr. bukled; Cantabr. broquela; Angl. buckler; et Hibern. buicileir.

C A B

C A B

CABLE Hiſp. vid. Calabre Luſit.

C A C

CAçAR pag. 212 Adde Sviogoth. *kas* aliquem exagitare, pellere, perſequi. Ad cognationem pertinet quoque Angl. *chaſe* venari, feras agitare. Menagius Ital. *cacciare*, et Gall. *chaſſer* derivat à Lat. captare. Clariſs. Ihre lubentiùs illis accedit, qui à Moeſog. *Kæſan*, pellere, *uſkeſan*, expellere, recentiora hæc formata putant. Falluntur tamen omnes; nam vel ab Arab. *caſa*, ut dixi, vel ab alio pariter Arab. *caſſa* (i. e. ſectatus, proſecutus fuit veſtigia ejus. Gol. p. 1910) derivantur.

C A D

CADERA. Convenit cum Cambr. Kadair; Arm. Kador; Hibern. Kathaoir; et Lat. Cathedra. Fortè ab Arab. Kada, ſedit, quia ſc. in ea ſedemus.

C A F

CAFRE, Cafreria. Ab Arab. Cafara, non credidit in Deum, infidelis fuit.

C A L

CALABRE; Angl. cable. Ab Arab. chebel, funis nauticus, rudens. Vid. meas animadvers. Philolog. p. 36.

CALHAO. Lin. 6. pag. 213. Dele hanc vocem; et quæ ſequuntur verba, nempe: Accedit Græc. &c. colloca poſt num. 1957. in lin. 10 ejuſdem pag.

CALHETA. Adde: Tandem *Kalao*, quæ Arab. portum ſignificat, et manifeſtam habet affinitatem cum Hiſp; Ital. et Luſit. *Cala*, derivatur a kalaa, i. e. cuſtodivit, ſervavit, admovit ad ripam, &c. Quod Arab. verbum clarè convenit cum Hiberno *kal*, cuſtodire, ſervare, circumdare; ex quo fluxit *kala*, vel *kaleth* i. e. portus maris. Ex hac igitur Celtico-Orientali voce *cal* portum ſignificante quamplurima derivantur locorum nomina, quæ prope mare, fluminave ſunt ædificata, ut

Caletum, vulgò Calais.

Burdi-cala, vel Burdi-galla, vulgo Bourdeaux.

Calè, nomen portus, ubi Cæcilius Orator natus eſt. Vid. Steph.

Cala, in Locr.

Cal-indea, in Maced.

Chal-cis, propè Euripum. It. nomen alterius urbis in Ætolia prope flumen Evenum.

Cellæ prope fl. Aſtream in Maced.

Cala prope Tigr. in Aſſyria, cujus mentionem facit Moyſes.

Caleon in Locr.

Aſ-calona, portus in Paleſtina.

Achaia-chala, portus ad Euphrat. in clivo, ac ſitu arduo ædificatus. Vox hæc compoſita videtur ex *cal* portus; et Celt. *ach*, quæ in Ling. Hibern. eſt *fatigans*, *delaſſans*. Apud Cantabr. in uſu eſt *acha*, i. e. rupes, ſcopulus. Tandem a'ighe Hibern. eſt collis.

Calach, portus ad Tigr.

C A M

CAMARADA Hiſp. et Luſit. v. ſub v. Pelaſgi in his addit.

C A N

CANIVETE. Adde Armor. hanaf, Cæſura, inciſio, fiſſura.

C H I

CHICO. Adde Melitenſem vocem *cqeiqen*; et Cantabr. *chiquià*, parvus.

C I M

CIMA. Adde: Hinc forte quoque derivantur Japonenſis v. *Camina*, i. e. Deus; et Siamenſis Sommona, i. e. Cælum. *Sommona-kodom* eſt Cælum antiquum, æternum.

C O B

COBARDE. V. Coward, Angl.

C O D

CODEAR, codea Luſit. convenit cum Arab. *cot*, vel *coutât*, alimentum, eſca; et cum Hibern. *colt*, alimentum, cibus. V. Gol. p. 1977.

C O F

COFIN Hiſp; cofé Perſ. cophinus. Rich. p. 1502.

C O P

C O P

COPO. Convenit cum Perſ. cob, cuppa, vas è quo bibitur; cum Angl. cup; et Hibern. kupan, ſinum. Caſt. p. 476.

C O R

CORTAR. Convenit cum Perſ. cut, quod eſt Arab. kat; interjecta lit. R. Vid. cut Angl.

C O T

COTO Luſit. conv. cum Arab. *katat*, locus ſecturæ, ſeu reſecti rami, amputatæve manus pars ſuperſtes. A verbo *kata*, ſecavit, amputavit. Gol. 1928.

C O X

COXA. V. Cuiſſe Gall.

C R I

CRIS Luſit. i. e. eclipſis ſolis, vel Lunæ, fortè ab Arab. karaz, ſe abſcondit, delituit. Gol. 2019.

C U S

CUSPIR; Angl. to ſpit out; Lat. ſpuere; Perſ. choſpidan. Richardſ. p. 683.

D A R

DAR. Vid. Dio Ital.

D I A

DIABLO Hiſp. V. Diavolo Ital.

D I N

DINERO Hiſp. V. danaro Ital.

D O B

DOBAR Luſit. Forte ab Arab. *dara* pro dawra, in orbem egit, convertit.

D O S

DOS, Lat. duo, Perſ. do.

E B R

EBRO. V. Spring Angl.

E N D

E-NDECHAR, Hiſp. et Luſit. carmen funereum canere; e-ndecha, carmen funereum, nænia.

Apud Perſas reperitur *endiſhè*, i. e. afflictio, calamitas; (quæ vox affinitatem habet cum Hiberna *aindeiſe* idem ſignificante) præter alias voces ex eodem fonte derivatas, ſub quibus extant

extant notiones *ſolicitudinis*, *triſtitiæ*, *afflictionis*, *luctus*, *mæroris*, &c. Porro, etſi nonnulla appareat affinitas inter Hiſpanas ac Perſicas voces; ab Arabica tamen lingua Hiſpanarum vocum origo probabiliùs petenda videtur; à verbo, nempe, *nadaba*, i. e. deflevit mortuum, et encomio celebravit defunctum; et nodba-t, i. e. Threnus, lamentum, planctus; et etiam Epicedium, ſeu laudatio funebris. Nec officit hujuſmodi etymologiæ initialis litera E in Hiſpana voce, quæ vocibus nonnunquam præponitur, quemadmodum A, ut in

Lat. Laurus, Ital. alloro.

Lamella, Gall. alumelle.

Galla, Hiſp. agalla.

In Inſcriptionibus antiquis *aeorum* pro eorum; *aeam* pro eam; et in medio aliquando eadem litera interjicitur, ut *diaebus*. pro diebus.

Species, Gall. eſpece.

Sperare, Hiſp. eſperar.

Studere, Luſit. eſtudar.

Commendare, Hiſp. encomendar.

In Romanis Inſcriptionibus *eidus* pro idus; *eimus* pro imus, &c.

Vid. dicta de Præpoſitivis ſub voce Druidæ in his additionibus.

Creberrimè autem præponuntur lit. E et A Hiſpanis vocabulis, et Luſitanis etiam, et ita dicunt.

Engaço ab Arab. goſas.

Açacalar, ab Arab. *ſakala* polivit.

Namorar,

Namorar, vel enamorar.
Naguas, vel enaguas.
Enano, Gall. nain; Ital. nano, nanus.
Arbolar, vel enarbolar.
Albardar, vel enalbardar.
Aſpar, vel enaſpar.
Encamiſada, Gall. camiſade.

Equidem ultima Arabicarum vocum litera, nempe, D migrat in C, in Hiſp. vocibus, quæ quidem commigratio, etſi idiomatica, ut ita dicam, vel claſſica non ſit, ſed tantum accidentalis; tamen, cum utriuſque linguæ voces mirificè ſignificationibus conveniant; unius duntaxat literæ diſcrepantiam vocum earundem affinitatem auferre nequaquam reor *. Qua de re inſigne extat exemplum in Luſit. voce *Almotacel* pag. 197. in qua B ultima lit. Arab. vocis *almothſab* vertitur in L. Qui plura deſiderat legat mox citatum opus p. 39. col. 1.

E N G.

ENGAçO Luſit. Arab. goſas, quod in vite remanet poſt decerptas uvas. Vid. Sub *endechar*.

---

* As for *accidental* permutation, (ait etiam Præclariſſimus Lhuyd Archaelog. Brit. p. 31. col. 1.) though it be not ſo ſpecious, or apparently ſatisfactory as the *Claſſical* and *Idiomatal*; yet, when we conſider how unlikely it is, that any notion ſhould be expreſſed in one language by a word like that of another by mere chance, we muſt alſo (where there is no exception as to ſenſe) admit of ſuch changes, as at leaſt highly probable.

ENX

ENXOVAL. Vid. axuar, Hiſp.

ERA

ERA. V. Æra in his addit.

EST

ESTANHO Luſit. V. Stannum.

FEU

FEUDO; Latino-Barb. feudus, vel faida. Abſtruſa plane hujus mihi vocis origo videtur. Unam tamen vel alteram de illa conjecturam proponam.

Apud Arabes (V. Gol. p. 1837) ſub *fada*, pro *faida* ſequentes extant notiones: *obtigit commodum: dedit alteri, contulitve opes: utilitatem percepit: commodum fructumque percepit: acquiſivit opes, aut eas largitus eſt.* Verùm, cum notiones hæ generaliores alicui fortè videri poſſint, quam quæ feudo adaptentur; (etſi *feudus* ab Arab. appelletur *ikhazat*, à generali notione accipiendi, quæ invenitur ſub v. *akhaza*) cùmque poſſeſſio feudi, pactum, fædus, ac ſponſionem involvat; (Et vero apud eoſdem Arabes *feudus* alia voce, nempe, *azamat* indigitatur, quæ ſponſionem, ſeu fidejuſſionem deſignat. Vid. Gol. p. 1099) fortè haud malè poſſet quis v. *feudus* ab alia Arab. fada (Gol. p. 1771)

1771) deducere, ſub qua ſequentes reperiuntur notiones; *Sacrificium alterius, vel pro altero fuit, ſe devovit pro eo*; id quod *Feudatarius* faciebat, prolatis verbis, iliis ſanè haud multum diſſimilibus, quæ leguntur apud eundem Golium, (antequam feudum à Patrono acciperet Feudatarius) *Pro te devovero caput meum.* Tandem ſub alia Arab. v. nempe, *ahd* (Gol. p. 1662) leguntur ſequentes ſignificationes: *commendavit, ſtipulatus fuit, fœdus pepigit, fidejuſſit, fidem dedit, juravit, fidem obſtrinxit*; ex quo verbo fluxit nomen actionis *ahdon*, i. e. *pactum, fœdus, fides, juramentum, ſtipulatio, ſecuritas, diploma, reſpectus, honor*, &c. quæ omnia Patrono, ac Feudatario congruentia ſunt. Nec poſtremæ huic derivationi officere debet lit. F quæ per Proſtheſin additur Latinæ voci *feudus*; nec lit. P. que per eandem proſtheſin præfigitur v. *pactum*. De qua Proſth. nonnulla exempla invenies ſub vocibus *fœdus, Druidæ, Miſſa*. Qui plura velit adeat Doctiſs. Lhuyd Archæol. Brit. p. 40. Illud tantum addam, nempe, Clariſs. Ugonem Grotium vocem *feudus* a Saxon. *Ot* derivare non dubitaſſe per Proſth. ejuſdem lit. F. Hibernoſque voces *aill, ainne, athach* ſcribere quoque, ac proferre *faill, fainne, fathach*; idque in aliis benè multis facere. V. Obrien Lex. p. 511. Porro Saxon. *ot*; Angl. *oath*; Hibern. *achd*, et Cambr. *adheuid* affin. habent cum Arab. ahd.

F I E

FIESTA. Vid. Euchariſtia in his addit.

F R A

FRA

FRANGO Luſit. Arab. farroj, pullus Gallinæ, et *ſimpliciter* Gallinaceus. Gol. p. 1775.

GAD

GADO Luſit. V. ganado Hiſp.

GAL

GALA Hiſp. et Luſit. Adde Hibern. *galla*, i. e. ſplendor, pulchritudo; necnon ſequentia exempla commigrationis lit. j in g, vel c.

Arab. jabril, Lat. gabriel.

Arab. et Phæn. jadir, Hiſp. Cadiz, nomen portus in Hiſpania, Lat. gades.

Perſ. Ligam; Arab. lijam; Gall. licou, frænum.

GALIZIA. Lin. 1. poſt vocem *Hiſp.* inſere: A Celt. gueilgi, quod eſt etiam Cambr. ueilgi, i. e. mare; (vid. Baxter p. 263, et Lhuyd ſub v. mare.) quæ affinit. habent cum Arab. chalidj, i. e. ſinus maris, &c.

GAN

GANADO Hiſp. i. e. pecudes, armenta. Ab Arab. chana, opes, divitiæ. Gol. p. 1737. Priſcis nanque temporibus in gregibus opes et divitiæ ſitæ erant.

GAT

GATO. Adde: Vid. Catus Lat.

G O R

GORRO. Adde Hibern. crene, vel crane, rotundus, et Angl. ac Hibern. churn, Lat. Cirnea; à rotundidate, nempe. Sub hac eadem voce p. 237. lin. 12 pro *jarva* leg. djarra

G U I

GUILLA Hiſp. affin h. cum Perſ. chili, i. e. nimis, plurimum admodum, valde. Richards. Lex. p. 818.

H E R

HERESIA, Lat. *hæreſis*, Hibern. *aircheacht*, vel *eireheache*; Græc. aireſis, quæ Græca vox ſignificat ſectam, dogma, optionem, electionem, &c. ac utebatur à Græcis loquendo de electione Ducis, vel Imperatoris; de ſecta, quam quis præ cæteris eligebat ac ſequebatur; de hac, vel illa doctrinæ methodo, (etiam Medicinalis apud Galen.) quam quis amplectabatur; ac de hac, tandem vel illa opinione, cui quis adhærebat; quapropter Cicero dixit: *in ea ſum hæreſi*, i. e. opinione, ſeu ſententia. Fuit igitur vocabulum olim laudabile apud Philoſophos ut ait Littleton; ſed nunc tandem flagitioſiſſimè detortum ab illis hominibus, qui *electorem* (nam iſta vera eſt vocis *hæreticus* ſignificatio) inreligioſè ac ſereno vultu comburendum decernunt, brachio ſeculari committunt, perfrictaque ſimul fronte

fronte eidem brachio miſeriter de meliorique nota commendant *.

Porro græca vox *aireſis* affinitatem habere videtur cum Arab. *arao*, (i. e. conſilium, opinio, doctrina, ſcientia ; id, quod quis eligit, ſtatuit, vel opinatur, id quod cuique videtur. V. Gol. p. 932) et Hiberno-Celt. *airiocht*, ſeu *oireacht*, i. e. tribus, factiones, partes, ſectæ. Celtica vero harum vocum origo ſita eſt in voce *rogh*, i. e. optio, electio, quæ extat in Hibern. lingua, ac ex ea in eadem ling. fluxere

Roighne, idem ſignif.

Roigh-neaghadh, id.

Roigh-nigh, id.

Riogh, rac, righ, ri, vel ris ; Cambr. rhuy, rhuyv, rhi, vel rhiyd ; Cornub. ruy ; Arm. rue ; Gall. roi ; Ital. re ; Hiſp. et Luſit. rey ; quæ omnes voces conveniunt cum Lat. REX, quæ ab eadem Celtica radice derivatur, quaſi dicas: ELECTUS.

---

* Ithacius Epiſcopus Soſſubæ primus fuit, qui brachium ſeculare contra hæreticos adhibendi morem introduxit ; cujus hominis deſcriptionem ex Gallica verſione Sulpitii Severi hic ſubjicio :

C' etoit un homme d' ailleurs grand ennemi des idées de Priſcillien, qui vivoit dans la molleſſe, & qui n' avoit nulle pieté ; c' etoit un cauſeur, un *impudent*, un *voluptueux*, *eſclave de la bonne chere* ; Il accuſoit comme heretiques, ou comme fauteurs de Priſcillien tous ceux qui ſe conſacroient à l' étude de la pieté & des Sciences. V. ejuſdem Hiſt. Sac. l. II. c. 48.

Rogha-im, eligere, optare, arrogare. Affinitatem autem habet hæc Celtico-Hiberna vox Rogha-im cum Lat. rogare; rogamus nanque quæ eligimus, optamus, aut concupiſcimus.

Roigh-him, id.

Rogh-lach, electio militum.

Rogh-mhat, electio Principis.

Hinc quoque, ni fallor, (additis præpoſitivis literis).* fluxere.

Hibern. Ai-righ, quæ eandem ſignificationem habet, ac Ri, ſeu Righ, ſeu Riogh paulo ſupra allatæ, i. e. Rex. Præterea eadem hæc vox ai-righ idem valet ac *quidam*, *quiſpiam*, *ſpecialis* vel particularis, quaſi dicas: diſtinctus, ſelectus.

Oir-nim, eligere ad dignitatem, conſtituere aliquem in auctoritate.

Græc. Ai-reo, eligere, optare, arrogare.

